Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Johannes Herolt, Conradus de Soltau, Innocentius III., Papa

Rhein-Mosel, 1460/1480, 1470/1480, 14. Jh., 4. Viertel

Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Shelf Mark: S 730

Faszikel II

urn:nbn:de:hbz:5:1-428609

Visual Library

· O ihesu qui te clarificatum ostendisti discipulis in monte thabor ·
salutis in via dirige actus viatoris dum de monte thabor ·

Abraham habuit fidem spem et obedienciam 44 B
Abstinencia prolongat vitam 35 B
Abstinencie e arguta et quid sit vera abstinencia 39 V
Abstinencia docet nos propria nostra corporis et peccati 13 E
Item 35 J
Actus unus utique potest esse simul bonus et malus 17 Q
Adam et eva ubi et quando creati sunt et quamdiu permanserunt in paradiso 42 H
Adventus domini nostri ihesu christi est devote preparandus 1 A
Adventus christi confert homini quinque bona 7 C
Adventum christi in nos debemus appetere propter tria 4 F
Adventus domini et opus incarnacionis omnibus christi omnium creaturarum 7 L
Advocatus utrum possit pro debitore placitare et quibus et quando tenetur restituere dampnum 41 D
Angeli existentes in celo an possint peccare 17 M
Anima est donum bonum melius et optimum 25 D
Anima preferenda est corpori temporalibus et consanguineis 24 C
Item 53 E
Animam hominis nichil potest implere nisi solus deus in celo 39 H
Anima valde corroboratur in perceptione eucharistie homo habet 31 O
Anima quomodo deformatur per peccatum mortale 37 F
Anima quomodo moritur per peccatum mortale 34 C
Avibus pennatibus comparandum est
Arbore orasbres sunt septem 47 C
genera hominum 41 P
Anime dampnate an possunt exire infernum vel non 56 B
Anime an possunt exire purgatorium et apparere hominibus 56 C
Antiqui homines habent quinque condiciones in se non bonas 51 J
Appetere non debemus malum quinque de causis 40 J
Adoracio est triplex secundum latrie dulie et yperdulie 26 M
Ascensio christi qualiter facta sit 37 V
Ascensionis dies facta sunt septem 27 B
Ascendente christo quare discipulos in mundo reliquit 27 A
Avaricia quando est peccatum mortale et quando non 3 D
Avari ducuntur per viam laboriosam ad infernum 41 X
Baptismus delet omnem culpam 16 B
Blasphemans deum et sanctos suos quales penas meretur 23 G
Bona spiritualia distributa multiplicantur 29 C
Boni et mali semper sunt in hoc mundo mixti hoc probatur naturalibus racionibus
Bonus propria mala et q 56 P
etiam aliena mala vertit eis utilia 42 C
Boni in gracia consistentes cotidie faciunt unam dietam ad celum 12 C
Boni semper debent stare in timore dei 24 B
Boni non possunt cogitare nec velle nec perficere sine gracia 43 E
Boni non dicunt iniuriam si odit eos mundus 33 G
Boni debent amare suos odientes triplici de causa 33 J
Caritas est virtus nobilissima et utilissima 11 X

Item 32 C
Caritas dicitur vestis propter tria bona que confert 11 O
Caritas dicitur locus optimus et securissimus et habet quatuor cordis 54 A
Caritas debet habundare ad deum ad proximos et ad nosipsos 43 C
Caritas signum et odii signum 33 M
Caritatem non habere in presenti est miserandum 28 L
Caritatem sentire se aliqui non habere aliqui dubitant aliqui certi sunt 10 B
Castigatio corporis confert illa bona 12 F
Castigare oportet corpus nostrum sicut cupimus vicium portare propter ihesum 54 C
Cogitatio hominis debet versari circa septem ut perficiatur in bono 52 D
Comessacio quando est peccatum mortale et quando non 10 D
Columbas habere quibus est licitum et quibus non 3 F
Concupiscere non debes malum et homo quibus racionibus 50 I
Contencio que est peccatum mortale 11 B
Cor hominis mundatur per lacrimas 44 T
Corpus et membra debemus exhibere deo ei serviendo 51 B
Correctio fraterna debet fieri in caritate et quando omissio eius est peccatum mortale 56 I
Creature dei quomodo serviunt homini 24 ‖ V
Item 32 A
Creature docet hominem laborare pro vita eterna 56 F
Creature loquuntur homini tribus modis scilicet accipe redde fuge 32 A
Creaturarum pulcritudo et dulcedo invitat nos ad gaudia celi 24 K
Creaturam creatori preponere est peccatum mortale 51 V
Item 54 C
Creavit deus muscas et culices propter humiliationem hominis 52 L
Crucifixus est triplex 12 A
Crux christi quomodo sit ab hominibus adoranda 26 M
Cruce christi diversi diversimode portant 17 D
Crucem propriam oportet nos assumere si volumus christum sequi 54 C
Dampnati et demones non possunt bonum velle 39 F
Dampnatorum pena est eterna exemplum de lapide qui crescit usque ad celum 31 M
Item aliud de guttis maris
Dampnati habent triplicem penam scilicet separationem conclusionem et ignem eternum 40 P
Dampnati habent malam societatem et acerbissimam penam in inferno 31 L
Dampnati utrum peniteant de peccatis commissis contra deum 46 E
Dampnatorum anime utrum possint exire infernum vel non 46 G
Demon quomodo cecidit et quamdiu in celo permansit 42 K
Demones homines triplici decipiunt 42 P
Demones timendi sunt quia astuti et invisibiles 42 O
Demones an possint homines ledere in rebus in persona et racione 42 R
Demones an possint homines mutare in lupum 42 T
Demones quandoque faciunt strepitus in domibus et non omne 42 B
Demones utrum possint facere cambiones puerorum 42 V
Demones possident hominem propter quodcumque peccatum mortale 20 L
Demones an cognoscant secreta cordium et futura contingencia 20
Despiciuntur homines in presenti ‖ C D et hoc de causis 58 H

Detractio quando est peccatum mortale et quando non 3 C
Deus quid sit in essentia et quomodo hic agnoscitur et quomodo in celo 30 C
Deus et sancti quomodo sint adorandi 26 M
Deus vult ab homine diligi 32 D
Deus an possit odio haberi 14 D
Deus dicitur pater noster propter quinque 6 G
Item 30 H
Deus communicat quandoque gratiam homini 44 E
Diligendus est deus super omnes creaturas 15 P
Item 43 C
Diligendus est deus sine modo sine mensura et sine numero 32 P
Dilectionis dei tria sunt signa 32 F
Item 57 P
Dilectionis dei efficacissimum signum est memoria passionis Christi 53 A
Dilectionem maximam ostendit nobis deus in sacramento eukaristie 31 L
Diligendus est deus propter quod filium suum misit 32 V
Diligere et servire deo tenemur in festiuis diebus precipue 57 V
Dilectio proximi quomodo habet ordinem 10 H
Dilectio cooperit delictum ad remissionem debent quomodo habere 7 G
Diligendi sunt ordinate consanguinei quam extranei 10 K
Item 18 C
Dilectio consanguineorum et propinquorum quanta erit in celo 18 R
Dilectio proximi complicatur debet habundare in nobis 43 D 33 I
Diligendi sunt mali homines propter tria
Diligenda est vita Christi plus quam omnia temporalia 50 M
Item 17 F
Discordia quando est peccatum mortale 9 D
Item 11 E
Diuitie spirituales consistunt in tribus 59 M
Diuitie spirituales precellunt temporales in septem 59 P
Diuitie temporales faciunt homines quod dupliciter peccant 29 C
Diuinatio tribus modis fit et quando est peccatum mortale 50 M
Ebrietas quando est peccatum mortale 12 G
Ecclesia est locus orationis septem de causis 36 B
Elemosina quando est in precepto 33 O
Elemosina datur sex modis Et cum hoc sex gradibus homini 8 L
Elemosina non est danda illis qui per se habundant et similiter non tunc non elemosinis pregnant 33 R
Ementes et vendentes non fraudulenter quando peccant 9 C
Item 54 V
Eukaristia ut digne sumatur tria requiruntur 21 B
Eukaristie preceptum unit homines deo 55 K
Eukaristie sacramentum comparatur cibo propter quinque proprietates 31 A
Eukaristie sacramentum tempore pasche non percipientes in malo statu sunt 21 G
Eukaristiam sumens tunc debet ne Christum expellat 21 E
Eukaristie institutio festum corporis Christi precellit omnia festa in tribus 31 K
Eukaristiam sumens indigne quam iniuriam infert Christo in propria persona 21 A
Excusatio mala quare timenda est et timore quomodo vitetur 51 B
Exemplum omnium virtutum habemus in Christo ihesu domino nostro 17 C
Exemplum salutis relinquit

nobis sancti 2 N

Exemplum malum prelatorum subditis suis quam sermo peccat 81

Exemplo malo scandalizans proximos reus erit omnium animarum illarum 9 B.

Famulus debet esse sollicitus in servicio domini sui 3 B

Festivis diebus tenemur deo servire specialiter 57 V

Festivis diebus tenemur frequencius deum diligere 57 C

Festum corporis Christi precellit alia festa in tribus 31 F

Fides est fundamentum salutis 2 H

Fides catholica dicitur quinque habere 22 P

Fides vera est credere in patrem deum et filium et spiritum sanctum 22 O

Fidei lumine facit hominem cognoscere deum 55 L

Fidem non solum debemus habere in corde sed etiam ore confiteri 22 R

Pro fide libenter et letanter exponere debemus res vitam et corpus 25 P.

Fides sine operibus mortua est 22 G

Fidei dubitacio est fidei temptacio quid credit 22 Q

Infidelitatis peccatum maius est omnium peccatorum 55 M

Fides mali christiani in morte quomodo ostendit eos proditores fuisse 51 B

Filii dei vocantur tota gratia homines NE

Filius debet permittere ingressum religionis et parentibus subvenire si ut tunc necessarii sint 10 T

Fortes esse debemus in tollerando in resistendo in operando 30 G

Futura non possunt demones agnoscere et quid non 35 D

Gaudium illicitum quid est peccatum mortale et quid veniale 5 X

Gaudium in malis est maledictum hoc probatur quinque rationibus 56 G

Gaudere de malis et contristari de bonis proximorum est dyabolicum 8 X

Gaudium carnis spernimus debet temperari consideracione plage diluvii et plaga Zodomorum et passione Christi 13 H

Item 10 T

Gaudium spirituale debet esse de tribus 5 D

Gaudium spirituale confert quinque utilitates 5 E

Gaudio spirituali cor homo possit hic impleri 5 F

Solus deus potest replere mentem hominis claritate visionis 39 H

Gaudium celeste precellit omnia gaudia huius mundi 2 P 12 D

Gaudia celestia sunt innumerabilia

Gaudia celestia quare deus non vult hominibus gratis dare sed cum meritis 56 N

Item 58 D

Gaudium celeste nemo possidebit nisi prius tribuletur 34 L

Gaudium celeste in quinque precellit omnes tribulaciones huius mundi 34 M

Gaudium celeste habet viam arctam et eciam angustam portam 19 C

Gaudium maius habemus in visione dei et omnium electorum 34 G

Gaudium et meritum uniuscuiusque cum proximo suo dividet 18 P

Gaudium celeste quomodo dat nobis appostolus in tribus 18 N

Gaudium celi appetere debemus ex consideracione creature 34 P

Gaudium celi ex tribus gradibus homines solum unum possidebit

Gratiam dei habentes sunt beati hoc probatur quinque modis 29 T

Gratiam diligentes cotidie vadunt

vnam dietam ad celum 12 C
Gracia dei habere probatur quinque modis 54 B
Graciam dei sentit se aliquis non habere alii tamen sciunt et alii dubitant 15 B
Gracia dei hominem vnificat confortat et illuminat 14 G
Gracia dei facit hominem et heredem et filium dei 28 E
Gracia dei habens propria peccata et aliena conuertuntur sibi in bonum 45 O
Gracia illa sola qua homo non potest saluari est quadruplex 59 B
Gracia consummans facientem an quid mereri possit ex operibus 38 G
Vtrum quis sine gracia possit mereri vitam eternam 38 R
Graciarum accio est deo offerenda 11 T
Gula quomodo est peccatum mortale et quomodo veniale 15 A
Gulosi quomodo ventrem colunt pro deo et miracula de 1o deo 45 M
Gulosi incurrunt triplicem mortem nature culpe et gehenne 29 D
Homicide adequantur proditori sunt septem genera hominum 51 R
Homo habet nobilissimum corpus et mentem triplicem 24 B
Hominis membra exteriora insinuant hominem quomodo se habere debet ad deum 32 L
Homo ornatur septem modis secundum septem proprietates vere 40 D
Homo quare nudus nascitur 59 B
Homo comparatur arbori nucis rose pomo nouo 29 D
Homo si per omne tempus sine omni peccato mortali 23 D
Hospites et pauperes offendere deum septem modis 28 A 11 B
Humilitas est necessaria ad salutem 25
Humilitatis causas inuenimus in nobis in propriis 52 K
Humilia seruicia exercuit Christus in vita presenti 6 V

Humiliore in hoc seculo plus exaltabitur in celo 52 I
Iactancia de malis et in bonis quomodo est peccatum mortale 56 F
Ignis inferni et ignis purgatorii et ignis predicti tribulacionis in quibus conueniunt et in quibus differunt 13 K
In celo remunerabit deus minima opera et minimas tribulaciones 56 L
In celo habitacio cum Christo et cum suis sanctis est desideranda 31
Item 45 P
In celo vnus clarius videt deum quam alius 11 O
In celo omnis homo videbit potenciam patris sapienciam filii bonitatem spiritus sancti 30 D
In celo electi cognoscunt deum et omnes sanctos Et vident omnia que fiunt in mundo in purgatorio et in inferno 58 E
In celo tres potencie anime replebuntur a patre a filio a spiritu sancto 24 D
In celo habebimus mensuram bonam coagitatam et supereffluentem 24 T
In celo electi regraciantur deo 43 J
Infirmitas corporis confert tres tres magnas vtilitates 13 Q
Item 51 B
Infirmitates pacienter et letanter sustinende sunt triplici de causa 13 P
Ingratitudo quomodo est peccatum mortale 11 V
Inimici de inimicitate salutis sunt diligendi 15 L
Inobediencia quomodo est peccatum mortale 41 G
Inimicum diligere est magis meritorium quam diligere amicum 11 Q
Inimicis tenemur indulgere et eis signa caritatis ostendere 11 P 12 Q
Iniurie propter Christum pacienter sunt sustinende
Iniurie quomodo remittende sunt iniurianti et non petenti 40 T
Innocencia est prima via ad celum 45 K
Innocentem aliquem non deus plus

diligit quam penitentem 45 m
Intencio mala facit actum venialem
peccati mortale peccatum 54 v 33 h
Inuident mali bonis triplici de causa
Inuidere malis quod est peccatum morta-
le 32 l
Inuidus qui petit vindictam super proxi-
mum suum peccat mortaliter 8 p
Item 9 c
Inuidus qui gaudet de malo proximi
et contristatur de bono est sicut dyabolus 98 k
Inuidus non attendit gaudium quod
habebit de merito proximi sui 18 k
Inuidie et odii signa sunt ista 33 m
Ira est triplex quod est mortale et quod
veniale 24 b
Iram inferiorum tempus vincit quinque
modis 40 a
Iudei pagani et christiani qui sunt
et quid dicunt 51 b
Iudei quare timent dicere christum sa-
maritanum 40 b
Iudeis vendere et laborare quod est
licitum 16 t 55 n
Iudei utrum sunt compellendi ad fidem
Iudicium sine suspicione triplex fit 3 h
Iudicare faciliter non debemus sed omnia
dubia in meliorem partem interpretari
3 a
Iudicium commune est tenendum et sem-
piterne cogitandum 2 m
In iudicio communi condempnabitur mundus
et omnes creature 45 k
Iurare mendaciter in emendo et
vendendo est peccatum mortale 9 c
Iusticia est diligenda et iniusticia
quod est peccatum mortale 43 h
Labor hominis est semper merito-
rius 14 l 44 t
Lacrime hominis mundant cor hominis
// Leprosi de iure debent separari et non
sunt nimium abiciendi 29 f
Lex nova et lex antiqua quid dicunt
18 t
Libri duo sunt in quibus christi sunt vite
// Leprosi a [illegible] 29 k.

et morte 26 b
Loquens fraudulenter duplicate
peccat 23 f
Loquentes debent refrenare linguas
suas ab illicitis verbis 26 f
Loqui debemus pauca et audire
multa triplici de causa 24 f
Item 32 d 17 m
Loquendo homo meretur aut demeretur
Loquens mendaciter in emendo
vel vendendo peccat 9 c
Item 14 v
Loqui scurrilia et turpia verba
quod est peccatum mortale 17 b
Locucio semper debet esse honesta et
non impudica 41 k
Locuti sunt in principio uno linguagio sed
sed non sunt 72 . 29 . c
Lucifer quomodo cecidit de celo et
quamdiu in celo fuit 72 c
Lupi sunt de causis rationalibus deleti
homines inuadunt 72 v
Lusor qui lucratur aliquid an restitu-
ere debet 16 a
Luxuria et mortalis delectatio quod
est peccatum mortale 15 b
Luxuriosus visus tactus amplexus
quod est peccatum mortale 16 c
Item 17 b 72
Maledicere quod est peccatum mortale 8
Maledictio malorum hominum paci-
enter est sufferenda 23 h
// Maledicens deum et sanctos quale
penam meretur 23 b
// Malefici non possunt nocere hominibus in
gracia consistentibus 46 l
// Mali homines ab inicio mundi perse-
cuti sunt bonos 18 t
Item 33 b k 57
// Mali homines qui non habent timorem
dei faciliter peccant mortaliter 60 o
// Mali homines plures sunt quam boni
54 a

Malum pro bono reddentes committunt
peccatum. 9. n. ‖ n o
Maria quomodo est adoranda et sic 26
Martirium quomodo tenentur christiani
subire propter fidem 44 o
Matrimonium iuncti plus debent
se mutuo diligere quam parentes suos
Misericordia hilariter exhiben
da est pauperibus 8 k
Misericordia prestat homini in vita
in morte et post mortem 26 l
Mundi propter amorem quibus minor est
indecore 33 n
Mundum Christus vult sed homines salvos
fieri 23 l
Missam devote volentes audire
debent in se quinque habere 31 c
Missam audientes et post eam depo
tantes sunt isti 31 l
Mors corporis est horribilis quod
quia de causis 53 b
Morti tuo et omnibus hominibus statutus
quod non potest evadere 43 b
Mortem nunciant tres scilicet Cani
cies infirmitas et senectus 51 m
Morte utrum possunt senes evadere
ut citius moriantur 28 q
Mortis horam peccator cur nesciat
peniteat 1 c
Item 56 l
Morientem petere ut post mortem
diceret statum suum quod est licitum
et quod non 43 c
Mundus quare odit bonos 33 g
Mundus vincitur per tres considera
tiones 22 n
Mundo velle placere quod est peccatum
et quod non 33 k
Mundum non debemus diligere propter
tria 7 e
Mundus dicitur vallis lacrimarum
quod non est in eo licitum gaudendum

44 f /
Nativitas christi quare dicitur ple
nitudo temporis 6 r
Natus est dominus noster Ihesus christus
in dominico die hora medie noc
tis. Et quare sit 5 m
Natus christus a pluribus eodem die
est adoratus 5 n.
Natus christus utrum mox potuit
ambulare vel loqui 5 o /
Nobilitas hominis unde manifesta sit
8 m /
Obediencia est maxima virtu
tum 44 k
Item 51 f
Obediencie indicium et que sunt
requisita vere obediencie 20 c
Offerunt quidam grana homines deo
hostiam mutuam 7 b
Operandi et merendi est tempus
presens 46 k n
Operando bona opera debemus deo
exhibere corpora nostra 7 a
Item 24 p
Opera nostra ut sint deo grata et
homini meritoria tria debent habere 9 p
Opera aliqua sunt plumbea aliqua argen
tea aliqua aurea 55 k
Opera minima deus remunerabit lar
giter in celo 46 Et 55 d
Opera nulla sunt a casu sed deo pro
ordinante et permittente 16 c
Opus hominis deliberatum semper est
meritorium aut demeritorium 17 k
Opus minimum in caritate factum prepon
derat omnia opera mundi extra carita
tem facta 42 n
Item 55 b
Opus bonum non possumus velle
nec perficere sine gratia dei 43 e
Opus bonum incipere et non perficere
est dampnabile 36 a
Opus bonum quod quis perdit etc.

facit ex timore similiter deo non placet 29 K
Opus bonum quod in superbia fit et vana gloria deus non acceptabit 46 H
Orationis locus templum de tamen eligitur 36 K
Orandum est versus orientem quam pluri de causa 36 D
Oratio nostra debet procedere ex puro corde 55 O
Oratio sine attentione quid valet et quando non 28 F
Orare obligantur omnes homines hoc probatur 26 D
Orationis obmissio quibus modis est peccatum mortale 55 B
Orare debemus non solum pro nobis sed etiam pro aliis hominibus 26 K
Oratio debet fieri cum humilitate et cum exterioribus membrorum corporis 47 B
Orando quid licet petere longam vitam 28 G
Oratio nostra quando dirigenda est ad beatam virginem et ad alios sanctos 26 ‖ O
Orat Christus tempore passionis deum patrem pro nobis 27 C
Patientia sanctorum in miseriis illate est maxime virtutis 2 D ‖ Item 35 H
Patientia licet in tribulationibus erit magni meriti 46 L
Parentis preceptis in una materia illam an etiam tenetur prebere aliam 2 P
Pati adversa est magis pro merito nostri in futuro 5 L
Passio Christi meruit nobis omnia bona 43 P
Passus est Christus in omnibus in quibus homo potest pati 20 O
Passus est Christus pro nobis multa et inexplicabilia 23 B
Passio Christi sit quod nos liberat multipliciter 6 E
Utrum Christus passus fuisset si homo primus non peccasset 19 G
Passio Christi multum efficax est emollire peccatores obstinatos 19 F
Passio Christi retrahit nos ab omnibus peccatis que sunt commissa in mundo 19 F
Passio Christo compati debemus ad hoc inducunt nos quinque 20 N
Passionis Christi memoria est certissimum signum dilectionis dei. Et passionis Christi oblivio est valde periculosa 23 A
Passio Christi representat nobis septem indumenta sacerdotis in missa 31 K
Passus est Christus in Jherusalem et non alibi et hoc triplici ratione 19 H
Pati quando Christus voluit in iuvenili etate. Et etiam quando tempore pasce. Et quando fiat sermo 42 G H
Passio Christo voluit innocentem esse prudentem 19 I
Paterfamilias debet esse sollicitus quod famulo suo providebat omnia 3 G
Paupertatem voluntariam Christus habuit in presenti 6 C 19 E
Pauperes non sunt despiciendi sed honorandi 8 N
Pauperes impatientes ducuntur per viam tenebrosam ad infernum 41 C
Pax est diligenda propter quinque 9 C
Peccatum mortale quatuor modis

committitur 45 B
Peccatum mortale plus offendit deum quam omnia que sunt vel unquam fuerunt
Peccatum mortale grauius 47° D
est quam omnes mortes hominum 2 F
Peccato momentaneo quare debetur pena eterna 1 D
Peccatum mortale difformat hominem et euacuat [illegible] 37 E F
Peccatum mortale facit hominem deo exosum et maledictum 28 D
Peccatum mortale non est fruendum ex se omnes dampnat qui hic liberari deberent 37 G
Peccatum mortale a bonis et timoratis non facile committitur et hoc in sermone probatur 60 N
Peccatum punivit deus [illegible] applicando propter homines tam in mundo quintuplici de causa 60 P
Peccatum homines excecat 39 B
Peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile duabus de causis 29 C
Peccatum unum quod oritur ex alio 39 D
Item 53 F
Peccatum originale remedia deus ab initio mundi consideravit 41 C
Peccator possidetur a dyabolo per quotquot peccatum mortale 36 B
Peccator quotidie facit unam dietam ad infernum 12 L
Peccatorum infelicitas ostenditur in tribus 41 C
Peccator qui caret gratia dei infelix est et hoc quintuplici ratione 29 E
Peccatoris anima moritur 8 modis per corpus moritur 38 C
Peccatorum iustificatio est opus magne potentie sapientie et clementie 43 B
Peccatori penitenti dominus ipse est sibi omnia peccata sua indulgendo 4 H
Peccator debet cito consurgere a peccatis et non differre usque ad mortem 1 C
Item 56 L
Peccator vere per se posset consurgere a peccatis suis 1 B Item 50 I
Peccatores non sunt desperandi ex quo Christus 8 O
Peccatores debemus diligere odire et compati 60 C ¶ 36 V
Peccatores quos deus exaudit et quos non
Peccator peccando meruit plura incommoda et dampna 15 H
Peccator magis debet sibi timere 26 N
Peccatum cauere timore seculi vel timore pene deo non placet 26 R
Peccant demones semper mortaliter et nunquam venialiter 13 O
Peccare non possunt angeli et sancti in celo 17 M
Penitentia potest agi de omni peccato quantumcumque magno 15 O
Penitentia vivificat opera mortificata et extincte virtutes 43 G
Penitentia plus potest apud deum quam beata virgo Maria et omnes sancti 43 C
Penitens tenetur deo satisfacere tribus rebus ut hoc probatur 43 D
Penitentia primo necessaria est peccatori qui deum offendit peccando 50 E
Penitentie procrastinatio dampnat quasi totum mundum 1 C
Item 56 L
Penitentes in presentia misse ante eukaristie cito impetrant gratias 36 T
Penitentem deus aliquando plus diligit quam innocentem Item peccatores plus tenentur deo regratiari quam innocentes 56 M
Pena eterna quare debetur peccato momentaneo 7 D
Pena dampnatorum quare dicatur mors 39 E

Pena eterna est aterribilissima et eterna 31 M Item 46 B
Pena ignis inferni et etiam purgatorii et pene predicte quid sint et quid dicantur 3 E
Predestinatus vitam quis sit et si scire potest an non 18 D
Perseverantia premium celeste habet 36 C
Precepta decalogi quod quilibet homo tenetur scire 2 I
Precepta dei aliquibus sunt levia et aliquibus contraria 53 E
Prelati ecclesie triplici ratione debent esse solliciti super animas subditorum 8 H
Prope est dominus quibusdam tribulantibus hominum 56·
Prudentiam serpentis in tribus imitari debemus 9 P
Querere debemus deum in presenti si eum invenire volumus 46 G
Questiones plures de astutiis et temptationibus demonum 42 O
Questiones plures de maleficis et sortilegiis 46
Item 21 O 22 P
Reliquie Christi sunt excellentes
Reliquie precipue sunt crucem clavum et lanceam et spineam coronam 22 C
Reliquie quibus de causis sunt nobis devote venerande 22 E
Restitutio temporalium in multis casibus est facienda 54 R
Resurrectio Christi quare non statim facta est sed post triduum 21 I
Questio ubi Christus manserit post resurrectionem usque ad ascensionem 21 M
Quare apparuit magdalene in specie ortulani et duobus discipulis euntibus in emaus in forma peregrini 21 K
Resurgente Christo totum signum quod effigiem depinxit 21 L
Resurrectio corporis nostri configurabitur Christo in quinque dotibus 42 R
Sacerdotes novi testamenti et veteris testamenti quid dicuntur 52 F
Sancti in presenti vita multipliciter castigaverunt corpora sua 34 E
Sanctitate quibus operibus possumus membra corporis nostri 51 E
Sancti quid sint advocandi 26 N O
Sancti canonizati quare depinguntur cum circulis rotundis 21 I
Sancti canonizati et non canonizati quid sunt invocandi 22 D
Sancti et angeli an possent peccare 31 M
Sancti in celo petunt vindictam super malos duabus de causis 9 F
Sancti in celo specialiter laudant deum de tribus bonis 43 I
Sapientia spiritualis in quibus consistit 9 D
Sapiunt tria genera hominum plusquam oportet sapere 1 F
Sapientia huius mundi est triplex terrena humana et diabolica 9 B
Scandalum est duplex activum et passivum et quod est maius 9 B
Scandalizati sunt quatuor genera hominum in Christo et quare 43 G
Scripta sunt scripture ad nostram doctrinam 2 H
Senes sunt quique qui dicuntur in se non bonas 41 I
Senibus an liceat petere ut cito moriatur 28 I
Senectus assimilatur petro in effectu septuplici de causa 40 D
Servire debemus Christo cum omnibus

membre 38 O Item 57 B

Serviunt deo homines tribus de causis 38 P

Signa quibus scitur quis sit ex parte dei 54 B

Sollicitudo temporalis est duplex scilicet inordinata et superflua 3 T

Item 35 V

Sortilegium tribus modis fit et quod est peccatum mortale 50 M

Sortilegia que fiunt tempore nativitatis Christi cum duobus exemplis 7 K

Sortilegi et malefici an possint homines arte demonum ledere in rebus vel in corpore 46 E

Sortilegi et malefici an possint homines arte demonum in bestias mutare Et de lupis qui devorant homines 42 T et V

Sortilegiorum carmina unde habent ortum 46 N

Mulieres quare magis sunt superstitiose quam viri 46 O

mendax

Spes est triplex maledicta et sancta 52

Spes non est in beatis in celo nec in damnatis in inferno 23 F

Spem bonam debemus habere de deo 73 A

Sperare debemus a deo temporalia spiritualia et celestia 30 I

Spiritualis vite signum sunt ista 54 K

Item 56 E

Spiritus sanctus quare immediate post ascensionem missus est 29 B

Spiritus sanctus quare apparuit in specie columbe flatus et linguarum 29 P Item 35 T

Superbia quod est peccatum mortale

Superbia et inanis gloria in malis et in bonis quod est peccatum mortale 56 F

Tempus presens est homini datum ad meritum eterne vite 56 F

Item 58 D

Tempus adventus domini quare est devote peragendum 1 A

Tempus presens est tempus exilii et miserie 15 F

Tempus quadragesime debemus senemus querere salutem anime nostre 14 M

Tempus quadragesime ex pluribus rationibus aptius est ad bonum operandum quam aliud tempus 14 Q

Tempestates possunt malefici et demones excitare in aere 42 F

Tempestates possumus sacris verbis et rebus sacris et suis campanis resistere et obviare 46 M

Temporalium possessio duplex unde pertinet ad deum 35 T

Temporalium sollicitudo est duplex scilicet inordinata et superflua 3 T

Item 35 V

Temporalia maculant animam et modicum prosunt in periculo 59 R

Temporalia impediunt perfectionem vite spiritualis 54 P

Temporalia non sunt propria hominis et in signum huius homo nudus nascitur in hunc mundum 59 B

Temporalia que sunt et dantur superflua 33 P

Temporalium restitutio in pluribus casibus est facienda 54 C

Temptationibus nullus caret in presenti vita 13 M

Temptantur boni plusquam mali et hoc quadruplici de causa 50 K

Temptantur omnes homines Et quare et cur deus nos permittit tempta

ri zl C ff
Temptatus homo dz deum fiducialiter inuocare y2 A
Temptacio demonum excommunicacio habuit ortum 13 A
Temptando nos dyabolus semper petit mortem 13 O
Temptando dyabolus hominem simpliciter decipit y2 P
Temptando demones pnt lec' in rebus et in tempore y2 K
Temptare non pnt demones quantum volunt et non hoc pluribus qreb zl
Testus p tesfidmo pferendo int' pd arripe l1 E
Timor est quadruplex 2l O
Timendus est deus a quo homo tribus de causis 2l m/zl T
Timor dei quadruplex confert bonum hominibus
Timore dei debent omnes boni homines quadruplex de causis y1 H
Tormentorum corpore qui fit pro peccato mortale 1l E
Tribulacionibus non pt carere in presenti zy E
Tribulaciones et passiones sunt triplices scilicet quedam innate zy B
Tribulantur boni in presenti et non mali sed dissimiliter 13 I L
Tribulacionem dominus ipse est ipsius subueniendo l1 D
Tribulaciones conferunt homini quinque bona ʌ D Item zy T
Tribulaciones paciente sunt sustinende et ad hoc valet tn eʌ O
Tribulaciones huius temporis non sunt condigne ad futuram gloriam et hoc probatur quinque racionibus zy M
Tribulaciones quantumlibet penas deus remunerabit e6 L
Trinitatis festum quare sit institutum zo A
Trinitatis quod intelligitur unus deus zo B
Trinitatis gaudeat de bonis suis ad pre quam inhabitat l F
Trinitatem imitari debemus in potencia scilicet in fortitudine sapiencia et bonitate zo G
Verbum dei clarificat animam hominis zy H
Verbum dei aliqui non audiunt aliqui audiunt et non retinent 26 I
Vestes mutatas in tantum superfluo quod peccat 1e C
Via ad infernum est duplex l1 P
Virtutes oportet habere quicumque vult celum intrare e8 F
Virtutes dignitatis faciunt homines beatum 1 E
Virtutes dabit dominus homini habenti illa tria ly P
Virtutes quatuor cardinales sunt arma spiritualia y2 M
Virtuosus homo cognoscitur per septem signa e8 G
Vindicta appetitur sepe morte et quod est peccatum et quod non 9 E
Vindictam petunt sancti in celo super malos duabus de causis 9 F / 9 l6 D
Vita est zl nature gracie et glorie
Vita hominis est cursus continuus ad mortem 12 A
Vita aliquorum est in deo aliquorum cum deo aliquorum contra deum zʌ E
Vita sanctorum dz esse exemplum aliorum 2 M
Vita proximi preferenda est rebus temporalibus 10 M
Vitam spiritualem probat tel in homine e6 E
Vite spiritualis profectum impediunt

temporalia 49 P ¶ 12 D
Vitam hominis abstinencia prolongat
Vita malorum abbreviatur et completur de tempore 39 A
Vita hominis comparatur feno umbre et flumino propter brevitatem eius 86 D
Voluntas et opus utrumque sunt in nostra potestate 52 L
Voluntate sua quod quis tenetur conformare voluntati divine et quod non 44
Voluntas dei utrumque semper impleatur 15 P
Voluntas dei quantum ad nos et quantum ad deum duplex 47 C
Vovere tamen elemosinas prohibetur a dantibus fortibus et parvis non est licitum 33 E
Xpianus bonus quedam bilis est quintuplici racione 42 M
Xpistianus qui tenetur matriculam subire propter fidem 44 D
Xpistiani quomodo nunquam peccant quam iudei et pagani et confundentur dampnantur 41 F
Xpistus malus est infelix et hoc in tribus ostenditur 41 C
Xpianus malus est cognomini nostris et defecta quintuplici racione 41 A
Xpiani sunt medicina terre et debent in se quinque habere 7 B
Xpistus est nobis in exemplum omni viventium 17 C
Xpistus natus fuit ordinavit propter veram humilitatem et divinitatem 4 P
Xpistus comparatur fino propter tres raciones 6 B
Xpistus utrumque meditavit in vita presenti 20 M
Xpistus utrumque nati sunt in presenti vita 16 B
Xpistus vitam arctam et duram duxit in presenti vita 23 C
Xpistus triplici racione mori debuit in cruce 20 B
Xpisti centum duxit dimisit porrtant 17 D ¶ 19 B
Xpistus multiplicat oracionem pro nobis Item 27 C
Xpistus volt quod omnes homines salvos fieri quod hoc ostenditur 29 47 E
Ydolatriam non habent certum et ydolatriam committit qui creaturas plusquam deum diligit 15 F
Item 41 D
Ymagines in veteri testamento non fuerunt et quare in novo testamento sunt invente 28 C
Ymagines sanctorum quod sunt adorande et quod quinque quam dehonestant ymagines contra plura videt zephes 26 P · montthabiypt ·

ffe huius tabule

Hora est iam nos de sompno surgere. Verba proposita originaliter ad Romanos 13 sunt scripta. Et in epistola hodierna dominicaliter cantata. Fideles enim tenent quod tempus spiritualis venturus sit in hoc tempore adventus ad eos qui fuerint preparati. Ideo apostolus Paulus monet fideles ad preparandum se in verbis propositis dicens Hora est. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de hoc presenti tempore adventus et cur homo a se ipso possit surgere a sompno peccati mortalis. Secundo quare peccato mortali momentaneo debetur pena eterna. Tercio quod debemus induere arma lucis id est virtutes ut in die natalis Christi honeste ambulemus.

Quantum ad primam partem illius sermonis sciendum. Hoc tempus dicitur adventus domini quia cantus ecclesie sunt de adventu domini. Et hoc sacrum tempus est a quolibet homine devote peragendum. Et hoc ex parte divini tui magnitudinis gracias referre debemus de tanto beneficio eo quod verbum caro factum est. Unde secundum beatum Augustinum In rebus eo tempore orte ista summa gracia fuit qua deus homo factus. In cuius signum in credo flectimus genua ad hoc Ex maria virgine et homo factus est. Et idem sciendum Johannis 1o Verbum caro factum est etc. Ponit Ludolphus in libro de vita Christi de clerico quem dyabolus percussit cum inclinare noluit ad hoc Et verbum caro factum est. Erexit enim tunc demon Si ibi esset scriptum demon caro factum est omnes inclinarentur. Tu non te humilias ad tantum honorem magnum et utilitatem. Unde Bernhardus super cantica loquitur in persona Christi Venio ut errantes corrigam et insipientes adiuvem. Et dubitantes in fide confirmem. Et bonum agentes fervoribus perfecte et pusillanimes pascere. Et tendentes ad hostium perpetue visionis mee corona remunerare. Unde ipse Christus in predicationibus suis dixit de se ipso illud Luce 19 Venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat. Unde eciam apostolus 1 ad Thimotheum 1o Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Unde eciam Augustinus super hoc Nulla causa veniendi fuit Christo domino nisi peccatores salvos facere. Venit ergo de celo magnus medicus quia per totum mundum ubique iacebat egrotus. Unde eciam Bernhardus Venit salvator ad perditos, lux ad cecos, vitas ad deceptos, Redemptor ad venditos, medicus ad egrotos, via ad errantes, vita ad mortuos. Ideo ergo dignum est ut tota devotione celebremus adventum domini. Et preparemus nos ad futuram solemnitatem ut Christum matris filium valeamus digne suscipere. Et ad hoc hortatur nos apostolus in verbis propositis dicens Hora est iam nos de sompno surgere. Unde hic queritur utrum homo per se ipsum possit surgere a peccato mortali sine dei adiutorio. Respondetur secundum doctores de Aquino quod non sine auxilio divine gracie. Tamen surgere a peccato est reparare homines ad ea que per peccatum amisit

Incurrit autem homo triplex detrimentum peccando, scilicet maculam, corruptionem naturalis boni, et reatum pene. Maculam quidem incurrit inquantum privatur decore gratie ex difformitate peccati. Cum autem decor gratie proveniat ex illustratione divini luminis, non potest decor iste in anima reparari nisi deo illustrante. Unde requiritur habituale donum quod est gratie lumen. 2 Secundo incurrit corruptionem naturalis boni. Quia bonum nature corrumpitur inquantum natura hominis deordinatur, voluntate hominis deo non subiecta. Hoc enim ordine sublato, sequitur ut tota natura hominis peccantis inordinata remaneat. Et iste ordo nec reparari non potest, nisi voluntas hominis deo subiciatur, nisi deo voluntatem hominis ad se trahente. 3 Tercio incurrit reatum pene. Et talis reatus pene est per quem homo peccando mortaliter meretur dampnationem eternam, qui reatus pene eterne dimitti non potest nisi a deo, in quem est offensa commissa, et qui est omnium hominum iudex. Item patet: Quia peccatum est quidam lacus. Potest autem homo cadere in profundum puteum, a quo propria virtute exire nequit nisi adiutus aliunde. Unde in psalmo 56: Foderunt foveam et inciderunt in eam. Unde etiam Anshelmus: Homo potest per se in puteum vel in fontem cadere, sed per se non potest exire. Item peccatum est quoddam volutabrum spiritualis, de qua dicitur in psalmo 36: Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee etc. Augustinus: Homo potest se ipsum vulnerare ad mortem, sed non potest se ipsum vivificare. Item peccatum est vinculum vel funis quo mediante dyabolus hominem ad infernum ducit. De quo in psalmo 18: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Potest autem homo ligari, qui proprio conatu nunquam liberabitur. Item probatur in creaturis. Cum enim avis vel piscis vel etiam aliud animal potest per se intrare rethe vel decipulam, quam nunquam de se evadet sine adiutorio alterius. Et quamvis peccator per se ipsum non potest a peccato surgere, tamen non excusatur si perseveraverit in peccato, quia dominus omni tempore paratus est infundere graciam suam cum homo facit quod in se est. Unde Augustinus in 3 libro de penitentia: Presto semper est gratia, que nunquam deficit nisi prius expulsa. Gratie nuncio quod paratus est inspirare, si est qui recipiat. Unde Apocalypsis 3: Ego sto ad hostium et pulso, et si quis aperuerit michi, intrabo et cenabo cum illo. Ubi notandum quod illo sacro tempore surgere debemus a peccatis nostris. Et nos preparare ad futuram festivitatem. Et etiam ad mortem propter incertitudinem vite nostre. Romanorum. Cum in ebdomadibus tercius quidam hora nescitis mortis invenitur. Unde Luce 12: Vigilate et estote parati, quia qua hora non putatis etc. Unde Gregorius super Ezechielem: Eternus nobis conditor noster diem mortis incognitum esse voluit, ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur. Et enim dyabolus invenit

hominem in fine vite imparatum
et iacentem in lecto peccati tunc con
tingat plures peccatores sicut tunc pul
satur que dye storglocke. Tunc homo
surgit cito et mox camisiam vel
tunicam cito induit et non est dis
positus. Sic plurimum infirmitas
pulsat quod oportet hominem mori
et venire iam ad mortem. Et tunc
valde velociter currit pro prodote.
Tunc homo induit tunicam vilem quam
invenerit propter morem. Sic etiam tales
faciunt parvam confessionem et peni
tentiam sicut sibi occurrit. Quia non
habent tempus aliam induere id est veram con
fessionem et penitentiam facere. Et talis
qui sic distulit penitentiam usque ad
mortem raro aut vix penitet ve
raciter unde alibi. Rarum est ut
aliquis in fine vite sue veraciter
peniteat. Augustinus: Legi et perlegi
et relegi et non inveni aliquem in
quibuscumque libris doctorum in fine vite
nisi latronem. Eusebius in libro
de morte sancti Ieronimi. Ex ore ipsius
scripsit / Et inter triginta milia
hominum vix unus vere penitebit
tempore mortis sue qui emendationem
vite sue usque in finem distulerit.
Et ergo penitere debemus dum sani
sumus. Unde Augustinus in sermone 36. Et
etiam ponitur in decretis de pe. d. 7. Si
quis positus in ultima necessitate sue
egritudinis voluerit accipere penitentiam
et accipit et mox reconciliabitur
et hinc vadit fateor vobis non
illi negamus quod petit. Sed non
presumimus quod bene hinc exit. Si
securus hinc exit nescio. Penitentiam
dare possumus securitatem autem non.
Nunquam dico dampnabitur sed

non dico liberabitur. Vis ergo a
dubio liberari tene certum et
dimitte incertum. Age penitentiam
dum sanus es. Si sic agis
dico tibi quod securus es quod peni
tentiam egisti eo tempore quo pec
care potuisti. Si vero vis agere
penitentiam quando peccare non potes
peccata te dimiserunt non tu illa.
Item de illo magis patet quod
noluit confiteri nisi in extremis
positus. Require promptuarium exemplorum distinctio
43. l. 9. Quantum ad secundam partem
dicit hic apostolus abiciamus ergo
opera tenebrarum id est peccata morta
lia que dicuntur opera tenebrarum
que ducunt peccatores ad eter
nas penas ubi erit fletus et
4. stridor dentium. Queritur quare
pro peccato mortali momentaneo detur
1. a deo pena eterna. Respondet sanctus
Thomas super libro sententiarum d. 46. Et
etiam alii doctores. Et quod competit divine
iusticie eternaliter punire peccatorem
1. propter quadruplices causas. Pri
ma est quod offensa mensuratur
secundum dignitatem persone. Et ideo
percuciente militem qui punitur certa
pena. Et cum ante regem maio
ri pena ut dicit philosophus in ethi
corum. Sed persona que per peccatum offen
ditur est deus dignitatis infini
te ergo offensa dabitur infinita pena.
Unde Deuteronomii 25. Secundum men
suram culpe et plagarum modus.
Ergo pro culpa offense peccati mor
talis debetur pena eterna. Secunda
2. causa. Quia sicut se habet premium ad
meritum ita pena ad culpam. Sed secundum
dei iusticiam merito temporali
debetur premium eternum supra

illud Johannis 6: Qui videt filium et credit in ipsum habet vitam eternam. Ergo et culpe temporali secundum divinam iusticiam debetur pena eterna. // Tercia causa. Quia secundum leges humanas quicumque ille qui peccavit in aliqua civitate quod ipso effectu redditur dignus ut tolleretur et perpetue ab ipsa civitate concludatur vel per exilium vel per mortem. Unde Augustinus de civitate dei arguit sic: Si civitas ista mortalis et terrena hominem pro temporali culpa punit eternaliter scilicet per mortem vel exilium, ergo deus iuste punit hominem pro mortali peccato eternaliter separando ipsum a consortio sanctorum et puniendo ipsum in inferno. // Quarta causa est propter perversam voluntatem qua peccat. Quicumque enim mortaliter peccat luxuriosus in delectatione carnis, avarus in pecuniis, superbus in honoribus etc., sic peccat quod libenter vellet eternaliter delectari in illo peccato si tamdiu viveret. Et ergo debetur eis pena eterna. // Quinta causa quia dampnatus nunquam veram penitentiam faciet, quod tempus finaliter non inveniet. Unde in peccato mortali duo sunt, scilicet aversio a deo et conversio ad creaturas. Ergo duplex erit pena: dampni, id est privatio visionis dei, et pena sensus, id est pena dolorum inferni. Gregorius: Momentaneum quod delectat, eternum autem quod cruciat. Quam autem horribile sit dampnari homines eternaliter hoc patet per tale exemplum. Quod si esset mons arene decies maior toto mundo, et avicula parva quotiens mille anni essent preteriti tolleret unum granum arene et deportaret. Et si dampnatus in inferno sciret se posse liberari tunc quando totus mons ita successive esset deportatus, illius pene quodammodo tali spe mitigaretur. Sed non erit sic, quia in inferno nulla est redemptio nec dolorum mitigatio secundum Bedam. Unde Aristoteles libro 8 ethicorum: Finiti ad infinitum nulla est proportio.

// Conclusio ad 3am partem. Dicit apostolus: Induimini arma lucis, id est virtutes que ornant animam, ut in die sancte nativitatis Christi honeste ambulemus domino nostro Ihesu Christo per omnia placentes. // Pro quo sciendum quod nil deus creavit, nichil reperitur melius nec preciosius virtutibus. Unde tam nobilis est virtus ut omnes in celo et in terra tam angeli quam sancti non valent commutare sufficienter omnibus gaudiis suis virtutem unius hominis nisi solus deus. Augustinus in libro de civitate dei: Premium virtutis est ipse deus qui dedit virtutem. Item virtus inter dona creata primum et optimum donum est. Augustinus: Virtus est donum excellentissimum. Unde felix est qui potest dicere cum David in psalmo: Multiplicabis in anima mea virtutem. Multiplicata enim virtute, virtutem adipiscitur in presenti summam quietem et in futuro summam gloriam. Premio tanti precii est virtus quod solus virtuosus est beatus. Unde philosophus: Virtus est que habentem perficit et opus eius laudabile reddit. Unde et in moribus Tullius: Virtutes faciunt hominem bonum. Et hoc non solum in futuro sed etiam in presenti homines letificant. Psalmus: Beatus est qui tenuit illam hoc nesciunt nec intelligunt insipientes peccatores. Ut dicit psalmista: Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Sed beatus populus cuius dominus deus eius. Seneca in epistola: Nulla possessio nulla vis auri et argenti plusquam virtus est amanda est. Unde etiam Ieronimus in epistola: Omnes virtutes sibi herent ut qui una caruerit omnibus careat qui ergo unam habet omnes habet. Unde Gregorius in moralibus: Absit quod tanta sit delectatio in peccatis et vitiis quanta in virtutibus. Ulterius ostendendum quod peccator non potest per se resurgere a peccato post lapsum ostenditur in elephanti. Dicit enim Auicenna in libro de animalibus: Quod elephas est maximum animal terrestrium inter quadrupedia. Et venatores volentes capere elephantem isto utuntur ingenio. Nam observant arborem cui adherere consueverunt quando dormire vel quiescere volt. Non enim iacet quia pre mole corporis surgere non valet cum in terra steterit. Et ideo incidunt arborem illam in aliqua parte sed non totaliter. Unde elephas putans arborem forte et integram illi se appodiat propter confortationem corporis. Arbor frangitur et cadit cum eo et elephas simul ruit in terram. Sed cum sentit statim clamat barritu forti intantum quod alii elephantes audientes accurrunt. Et quomodo se inclinantes cum erigunt eum qui per se surgere non poterat. Spiritualiter per arborem incisam et debilem intelligitur mundus qui facile labilis est et cito ruit. Cui si homo adheserit volens in ipso requiescere per nimium amorem cum eo cadit. Quia ut dicit Gregorius: Cum labenti inniti necesse est cum labente labatur.

Sed quid homo debet facere qui cecidit. Et per se non potest resurgere debet clamare ad dominum per orationem et accurrere illo spiritualiter tempore ad confessionem pro peccatis et confiteri peccata sua cum contritione cordis. Cuius confessionis vocem sacerdos audiens et deus considerans barritum intuens erigunt ipsum peccatorem de fovea. Et lapsus in peccato unde per se ipsum resurgere non poterat deus in indulgendo et sacerdos in absolvendo. De hoc clamore et voce confessionis habemus figuram in evangelio Luce xvii de decem leprosis: Qui clamaverunt de longe Ihesu preceptor miserere nostri. Et sic mundati sunt cum iverunt se ostendere sacerdotibus ut iussit Christus.

Quecumque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt Ro. xv. Iohannes de sancto Geminiano dicit: Quia prima perfectio mentis in cognitione sacre scripture consistit. Unde Iohannis xvii: Hec est vita eterna ut cognoscant etc. Propter doctrinam et scientiam sacram apostolus ergo volens manifestare quod invisibilia dei per creaturas visibiles propter homines fecit. Ita propter homines sacram scripturam revelavit. Unde i Cor. ii: nobis autem revelavit deus per spiritum sanctum. Item ii ad Thimo. iii: Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum. Ergo apostolus dicit in verbis propositis: Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quod in mundo reperiuntur duo sunt libri scilicet liber vite et liber mortis

// Secundo quod ad nostram doctrinam septem sunt scripta que quondam attendere debemus // 3o de patientia et spe quam habere debemus // Quantum ad primum dicendum quod antique historie seu magistri regum in eorum curiis aut palaciis consueverunt esse duo libri. Primus liber vite in quo erant scripta beneficia recepta scilicet quomodo et quales persone et non premiate. Alius dicebatur liber mortis in quo erant scripta malefacta que non erant punita sed punienda. In quibus libris ne per oblivionem beneficiorum beneficia transirent impremiata et maleficia [illegible] impunita. Reperimus quod reges predicta lege consueverunt. Quibus plerique benefactores non premiati premiabantur ut in figura legitur Hester 6. Cum ille rex assuerus nocte duceret insompnem iussit sibi afferri historias annales id est libros singulorum annorum historias continentes quantum ad benefacta et malefacta. Et cum inveniret reperisset quod mardocheus declaraverat eunuchorum regem iugulare volentium et de hoc non fuisset remuneratus precepit eum ipsum remunerari et proditores puniri. Sic sacra scriptura per similitudinem loquitur de vita Christi in qua sunt duo libri unus dicitur liber vite in quo sunt scripta benefactores qui digni sunt vita non solum temporali sed etiam eternali. Alius dicitur liber mortis in quo sunt scripti malefactores quo digni sunt morte temporali et eternali unde Apoc 20 Libri aperti sunt et alius liber apertus est qui est liber vite et iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant in libris. Et quemadmodum scripta sunt in hiis libris que sunt premiatores bonorum vel punitores malorum secundum apostolum ad Romanos doctrina scripta sunt // Quantum ad 2am partem sciendum // Quod principaliter septem sunt scripta ad nostram doctrinam // Primum est fides katholica ad credendum Joh 20 Hec autem scripta sunt ut credatis quia Jhesus est filius dei etc. Secunda fides est fundamentum salutis Augustinus. Fides est omnium bonorum fundamentum. Fides est humane salutis initium. Sine hac enim nemo potest ad filiorum numerum pertinere. Secunda secundum apostolum ad Hebreos 11 impossibile est sine fide placere deo. Secunda si aliquis tot bona opera faceret sine fide quot facit totus mundus non propter hoc haberet regnum celorum. Sed per unum pater noster in caritate et fide unam mansionem haberet in regno celorum quam per omnibus bonis operibus que posset facere extra fidem. Et quibus copiatis non de dubitare in hiis que sunt fidei sed firmiter et constanter credere omnes articulos fidei unde dicitur in credo. Constantia fidei debet esse tanta ut plus diligeret vita quam fides 23 q 8 Canonem. Item ad confirmandam fidem katholicam Require in principio [illegible] // Secundum sunt precepta divina ad observandum de hiis preceptis scriptum habetur Exodi 24 ubi agitur de preceptis de duabus tabulis scriptis digito dei // Unde scitur quod vere quilibet homo tenetur scire precepta dei // Require per quibus homo adultus tenetur scire decem precepta et discere ad minus implicite scire quod hoc sit preceptum dei non ex

2

simul nomen dei inuanum Et ho
norat parentes Non furtum facere Non P. 2.
mechari Non falsum testimonium proferre
contra proximum Sz quot illorum sit primum 3m
etc non ytem ut hoc demandatur non
exquiritur hic Tercia hoc est hec pre
cepta dei explanate sed plus dictum qo
est et non excusatur Si ingreditur
dei precepta propter ygnoranciam Si fal 1.o
tem sit addiscere et hic vnde aug
de libero arbitrio Ideo diuina precepta sunt
ut excusatio non habeatur de ygnoran
cia Et in signum huius decem precepta 5.
sunt in manibus nostris per decem di
gitos Et in pedibus per decem pe Mr
ditas pedum ne obliuiscamur precep
torum dei nobis data Tercium sunt
mortalia peccata ad penitendum de pre
teritis et cauendum de futuris Et
merito quia vnum peccatum mortale grauius
est omni metallo Quod sic patet
Si omnes montes essent plumbei et
super vnum iustum hominem caderent non
possent ipsum ad infernum trahere Sz
peccatum mortale ita ponderosum est quod
in momento illuc trahit nobilissimum
spiritum scilicet luciferum Vnde dicitur luce x
Videbam sathanam sicud fulgur de
celo cadentem Sic eciam peccatores tra
huntur in infernum quam cito anima
separabitur a corpore Job 21 In punc
to ad infernum descendent Vnde le 9.
gitur Quid sit peccatum mortale Respondetur 1.o
secundum aug. Est dictum vel factum vel
concupitum contra legem dei Et sanctus
thomas 2a 2e q 3? peccatum mortale est
quod tollit spiritualem vitam que est
per caritatem Vnde illud peccatum ex suo
genere est mortale quod secundum se ipsam repugnat
caritati Sz tamen in omnibus
peccatis que sunt secundum genus suum mortalia
considerandum est quod non sunt mortalia

cupit quod secundum pietatem perfectionem consequitur scilicet
in consensu racionis Vnde si sit in
choatio peccati in sola sensualitate
et non pertingat usque ad consensum
racionis propter inperfectionem actus est pec
catum veniale sicut de primis motibus
concupiscentie vel inuidie Item queritur vtrum
voluntas et opus exterius sunt vnum
peccatum. Re. secundum pe. Si loquimur de vo
luntate et opere prout sunt coniuncta
vt causa et effectus sic sunt vnum
peccatum formaliter Si non loquimur prout
sunt separata ut puta secundum aliud et
aliud tempus sic sunt diuersa peccata quia
diuerse intenciones et circumstancie Quar
tum iudicium extremum ad timendum Apostolus
ad Ro. 13. Omnes stabimus ante tri
bunal xpisti vnusquisque pro se reddet
racionem de cogitacionibus Sap. 10.
In cogitacionibus impii interrogacio
erit Item in verbis Mt 12 de omni
verbo ocioso quod locuti fuerint
homines reddent racionem De operibus
Eccl. 6. Cuncta que fiunt adducet
deus ad iudicium Vnde ait anshelmus
De conflictu O angustia hinc erunt
peccata accusancia Dextris terrencia iusticia subtus patens
horrendum chaos inferni Desuper irato
iudex Foris mundus ardens Intus
consciencia vrens. vbi iustus vix
saluabitur Heu miser peccator sic de
prehensus quo fugiet. latere erit in
possibile apparere intollerabile Tunc
omnia? dicet montibus cadite super
nos Quintum est quod vtile est
cogitare extremum iudicium vnde bernh
ardus. Nulla res sic nos ab omni peccato
conseruat immunes sicud terror supplicii
et iudicii et amor dei Item magna
in penitencia eciam fuerit tot malicies
quot erant tempore antiquo cita? sunt

N. mundi // Nonum sunt exempla
sanctorum ad imitandum vnde gregorius
Ad ostendendam innocenciam venit
Abel ad docendum mundiciam venit
Enoch // Ad insinuandum longa
nimitatem spei et operis venit noe
Ad ostendendam obedienciam venit abra
ham ad demonstrandam coniugalis
vite castimoniam venit ysaac ad
insinuandum laborum tolleran
ciam venit iacob Ad rependendam
pro malo bone retribucionis graciam
venit ioseph Ad ostendendam man
suetudinem venit moyses Ad in D
sinuandam contra adversa fiduciam venit
iosue Ad ostendendam inter fla
gella pacienciam venit iob Sic ecce
de nove legis principibus cogitandum,
tamen possumus Nam in petro singularem
nobis proposuit scriptura simplicitatem
In iohanne castitatem In andrea devo
cionis suavitatem In iacobo pieta
tem, In thoma constanciam In paulo
sapienciam consilii Sic vita bonorum
hominum debet nobis esse exemplum vnde
ambrosius Bonorum vita est nobis norma
vivendi vnde bernardus Virtutes hominum et
mores eorum considerans aliud intu P
eor singularis abstinencie alium
admirabilis paciencie aliud summe humi
litatis aliud fervencissime caritatis
Aliud nimie mansuetudinis Aliud
magne vite et pietatis Aliud
in contemplacione ferventem excessum
Aliud oracionum instancia celos pe
netrare De quibus omnibus tamquam
apis quod melius in eis invenimus
in cordis nostri alveolum comportemus
vnde hugo de claustro anime li° 2°
Sic luceat lux vestra coram hominibus
hoc autem preferat ut appareat mundicia
in effectu benignitas in volun(tate), humi
litas in habitu modestia in cohabi

tacione paciencia in tribulacione vnde
eciam Crisostomus in omelia Quando quis
vel humilitate et perfecte caritatis osten
derit vel castitate et pietatis exempla pro
mia possidebit Et bernardus cuncta
illa que humilitas aliaque consumendum
superbia quam gracia proximi extinguit
invidia Cuius obediencia alterius
pigriciam tacite increpat Cuius fer
vor alterius corporis inhercia con
terit qui proximi sui turbatus prece
stultum cordis gracia consolacionis atque
illuminacionis illuminat // Decimum est ge
henne supplicia Iob 13 Scribis enim
contra me amaritudines id est de ama
ritudine penarum illarum dicit bernardus
Vna scintilla gehenne ignis plus
ledit quam si quis dolore partus mulier mil
le annos parturiret Vnde et augustinus
Minima pena inferni est maior omnibus
penis huius seculi Et peccator pecca
fuit in hiis penis per tot mille annos
quot sunt celi stelle arene maris spe
non potest habere exeundi de tantis
penis vt dicit Beda In inferno
nulla est redempcio nec doloris mi
tigacio // Decimum sunt premia elec
torum ad appetendum Apocalipsis 14 c. Scribe
beati mortui qui in domino moriuntur
De quibus gaudiis et penis dicitur
in psalmo 89 Quoniam mille anni ante ocu
los tuos tamquam dies hesterna que pre
terit Vnde et apostolus 1 Corinthios 2°
Oculus non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit Vnde et augustinus
Sicut nullum gaudium temporale ex aliqua
parte simile potest inveniri gaudio vite
eterne quod electi accepturi sunt Ita
nullus cruciatus penarum temporalium
potest penitus maiorum cruciatibus
comparari Item de illo nomine qui au
diunt gaudia celi et tormenta

R

inferri. Require in promptuario S. 11. Quantum ad 2am partem illius sermonis dicitur hic applicando ut per pacienciam scilicet in adversis et consolacionem scilicet in prosperis spem habeamus scilicet perveniendi ad gloriam beatitudinis. Queritur hic utrum iniurie sint semper sustinende. Require sermonem Thome 2a 2e q. Job. Mala tolleranda sunt a bonis in hoc quod ab eis iniurias perciant paciente sustinent. Non enim sunt boni qui mala tollerare non potuit. Hoc tamen intelligendum est quod quando iniuria illata persone ad solam personam pertinet tunc enim paciente sustinenda est. Quando autem redundat in iniuriam dei et ecclesie tunc debet quis propriam iniuriam ulcisci. Unde Crisostomus super Math. In iniuriis propriis esse quemque pacientem laudabile, iniurias autem dei dissimulare impium est. Item queritur hic utrum percucienti una maxilla semper sit altera prebenda. Require Augustinum in epistola de pueto tribulacionibus 8. Ista precepta paciencie magis sunt ad preparationem cordis quam ad opus quod in aperto fit ut in secreto teneatur tamen paciencia in manifesto autem id fiat quod eis videtur prodesse quibus bene velle debemus. Unde dominus Jhesus se percucientem reprehendit Jo. 18 d. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Si autem bene cur me cedis. Et Paulus percussus in facie dixit: Percuciet te deus paries dealbate. Actus 23. Si autem hoc non prodest percucienti unam maxillam quantum ad animi promptitudinem exhibenda est altera. Secunda per pacienciam esse invitores lucri deo possumus. Unde exemplum de monacho qui prebuit percucienti aliam maxillam. In promptuario p. 3.

q°

Sic nos existimet homo ut ministros Christi. 1 Corin. 4. Guilh. Similibus hic comparantur minister et servus Christi. Est enim nomine et re xpianus est i. Christi servus. Et ideo oportet quilibet xpianum sollicitum esse ne sit servus infidelis vel inutilis. De quo dicitur Math. 25. Servum inutilem proicite in tenebras exteriores etc. Sed ponas fidelis ei gratum beneficium exhibendo ut quemadmodum mereatur audire illud Math. 25. Serve bone et fidelis intra in gaudium etc. Similia ad hoc creati sumus ut ei tamquam creatori nostro serviamus. Unde dicitur in ps. 78: Ipse fecit nos et non ipsi nos. Et si hoc non fecimus tunc digni erimus ad inutilium(?) condigni. Ne autem hoc malum nobis contingat tunc debemus nos ostendere verbo et exemplo ut ministros Christi. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo que sit lex inter dominum et ministros eius. 2o de suspicione et iudicio temerario. Tercio exemplum.

B Quantum ad primum. Una hec est lex inter dominum et ministrum ut ipse minister sollicitus sit ut domino suo ad voluntatem eius famulatur. Dominus autem sollicitus est quod ministro suo provideat. Hoc facit dominus noster Jhesus Christus qui temporales mercedes satis largiter administrat suis ministris. Unde dicit in ps. 36. Nunquam vidi iustum derelictum. Unde Math. 6. Nolite solliciti esse dicentes quid manducabitis aut quid bibetis. Super hunc locum dicit glo. Non est intelligendum quod deus inhibeat prudentiam et laborem per quem homo in presidio vel temporali querit panem suum, sed nimiam sollicitudinem.

que mentem perturbat et ab eternis revocat. Unde Gregorius in moralibus: Sollicitudo temporalium mors est et exercitatio spiritualium. Unde Bernardus in sermone: Corrumpat quippe secularibus desideriis animum delectatio sancta, declinat nec inseri poterit vana veris, eterna caducis, spiritualia corporalibus, summa infimis, ut pariter sapias que sursum sunt et que super terram.

Pro quo notandum quod sollicitudo temporalis est duplex. Prima est necessitatis et ista est concessa vel de necessitatibus, scilicet quod homo laboret et tamen sollicitetur quantum expedit vite humane pro eius sustentacione, ut sic possit vivere et servire deo. Ideo temporalia non sunt petenda nisi in moderamine, scilicet quod tantum detur quantum expedit pro necessitate et non plus. Et sic Salomon petivit dicens: Paupertatem et divicias ne dederis michi, sed tantum victui meo tribue necessaria. Unde etiam apostolus: Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Unde etiam Ieronimus in prologo biblie: Victus et vestitus sunt divicie christianorum. Unde psalmus 36: Melius est modicum iusto super divicias peccatorum multas. Alia est sollicitudo superfluitatis quam habent avari qui die noctuque que cogitare cogitant temporalia ex toto affectu cordis sive iuste sive iniuste et quantumcumque congregat tamen numquam quasi contentantur, sed semper anhelat ad plura habenda. Unde Augustinus in quadam epistola ad comitem: Avarus in inferno est plus. Infernus enim quantumcumque devoraverit numquam dicit satis est. Et sic omnes thezauri eorum fluxerunt in amarum. Et sic superflua sollicitudo facit avarum miserum diaboli. Unde Matthei 6: Nemo potest duobus dominis servire. Non potestis deo servire et mammone. Unde Innocencius de vilitate condicionis humane: Avaricia secundum apostolum est ydolorum servitus. Enim sicut ydolatria servit simulacro, sic avarus thezauro. Ille cultum ydolatrie frequenter ampliat. Et iste cumulum pecunie libenter augmentat. Ille cum omni diligencia colit simulacrum, et iste cum omni cautela custodit thezaurum. Ille spem ponit in ydolatria et ille spem constituit in pecunia. Ille timet mutilacionem simulacri et iste timet minucionem thezauri.

Unde sciendum quid utrum avaricia semper sit peccatum mortale. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q 118: Avaricia potest accipi dupliciter. Uno modo quod aliquid iniuste accipiet vel retineat res alienas, quod pertinet ad rapinam vel furtum, et sic est ex suo genere est peccatum mortale. Alio modo potest accipi avaricia secundum quod importat inordinatum amorem diviciarum, qui si in tantum crescat quod preferatur caritati dei, ut propter amorem diviciarum aliquid non vereatur facere contra amorem dei et proximi, erit peccatum mortale. Si autem inordinacio amoris in hoc consistat ut scilicet homo quamvis superflue divicias amet, non tamen preferret amorem earum amori dei vel proximi, scilicet quod propter divicias non velit aliquid facere contra deum et proximum, sic est peccatum veniale. Item contra illam materiam avaricie quidam utrum liceat habere columbas. Unde Gotfridus de fontibus in quolibet: In duobus casibus licet habere sine hiis duabus causis columbe tenemur satisfacere de dampno illato a columbis. Primus

7°

3

est quod dominus retinet sibi in terra dicto procreare pullorum habebit pullos ipsarum columbe quia tamen non nutriuntur sed accipit sibi ipsum debitum. // Secundus casus est quod sunt in terra ubi cuilibet licet habere columbas quia non sustinentur pastum columbe et cuilibet de terra ista sicut videtur venisse ex generali omnium consensu. Et ideo sine omnes homines sine aliquo dubio licet cuilibet habere si vult ubi quod licet. At in alio vero casu non licet. Sed qui aliter habet tenetur restituere dampnum illatum a columbis suis ab aliis domesticis animalibus quando dimittit ad ipsa redeunt. Unde qui columbas habet preter dictos duos casus licet teneatur pascere de suo uel reddere dampnum aliter alibi pascentur aliter non possunt columbe teneri sine peccato. Hoc autem attendere deberent qui contra habent multitudinem columbarum in dampno proximorum suorum. Unde etiam de hoc exemplum legitur in dyalogo Cesarii.

Cum quidam haberet columbas plurimas dictum est ei a confessore suo quod nutriendo illas communiter peccaret eo quod pascua et communia lederet proximorum. Die autem quadam ad comedendum annonam proximorum cum omnes columbe eius convenissent in unum congregate. Clara voce cunctis audientibus dixit: Vos columbe per voluntatem dei estis penes me habitare tamen ... Conmendo precipio vobis in nomine eius ut statim recedatis. Ad quod verbum omnes columbe se simul levantes evolaverunt neque ultra reverse sunt.

3 // Quantum ad 3m scilicet de suspicione et iudicio temerario dicit apostolus: Nolite ante tempus iudicare quousque veniat dominus et illuminabit abscondita tenebrarum. Contra hoc documentum multi faciunt qui facile proximos nimis temerarie iudicant in verbis et factis eorum. Ubi notandum. Secundum Augustinum in quodam sermone dicit: Sunt quedam scilicet manifesta mala. Quedam vero occulta. Quedam media. Sunt quedam manifesta sicut furtum rapina adulterium scilicet blasphemia et huiusmodi. Talia manifesta mala non possunt fieri bono animo iudicare licet. Quedam vero occulta et sunt dei iudicio relinquenda. Quia et illuminabit abscondita tenebrarum. Sine autem alia sunt in meliorem partem interpretanda. Unde Augustinus super illo verbo Mathei vij: Nolite iudicare et non iudicabimini. Hoc loco nihil aliud precipi existimo. Nisi ut ea facta que dubia sunt quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. De hiis autem que non possunt bono animo fieri sicut blasphemie stupra et huiusmodi nobis iudicare permittitur. De factis autem mediis que possunt malo et bono animo fieri, temerarium est iudicare maxime ut condempnemus. Contra apostolus hic dicit: Nolite ante tempus iudicare.

B // Ubi notandum secundum talem quod homo tripliciter potest male suspicari. Primo quando ipse est malus tunc statim suspicatur malum de alio. Unde Tercius super Matheum: Omnis homo secundum se estimat alterum.

2 // Secundo quando quis aliud odit statim suspicatur malum de eo. Augustinus: Ita tamen est quod de malo nostro nemine iudicare que tanquam me ipsum diligere.

3 // Tercio alonge ex experientia. Unde philosophus 2o rhetoricorum dicit: Senes sunt suspiciosi ex longo tempore sunt experti defectus aliorum. Duo primi sunt peiores. Ubi notandum: Et sic homo potest tria mala suspicari et ita tres sunt gradus suspicionis. Primus quando

homo per propria signa dubitat de bonitate alterius hoc non est peccatum mortale sed tantum veniale. Unde Augustinus in sermone de monte domini: De his proculdubio vitare non possumus quin homines simus iudicare tamen et diffinitivas firmasque sententias continere debemus.

2 Secundus gradus quando homo per propria signa sed et levia propter diffinitive iudicat aliquem malum et hoc est quod prohibetur Christi ubi dicit: Nolite iudicare. Et tale iudicium est peccatum mortale.

3 Tertius gradus quando ex sola suspicione inculpat proximum detrahendo et diffamando ipsum coram aliis sicut verbis detractoriis. Unde Ieronimus in epistola: Periculosum est de servo alterius iudicare. Et non facilis venia conceditur dixisse de rectis. O quot homines sic infamantur de mala suspicione et corpus puniunt. Unde hic quinto. Verum detractio sit peccatum mortale. Require secundum Thomam 2a 2e q. 73 dicendum quod sicut res temporales fama videtur preponere per eius defectum homo impeditur in multis bonis agendis. Ideo per detractionem fame loquendo est peccatum mortale. Et tenetur quis ad restitutionem fame post alterius. Item aliquis ex suspicione procedit in actum scilicet ledendo et puniendo proximum. Unde de hoc quinto. An puniendo proximum sit peccatum mortale. Require secundum Raymundum. Et si propter eius peccatum aliquid fit ex malicia vel odio et sic item est peccatum mortale. Si vero fit ex caritate ut cum correctionis. Et hoc in hominibus spiritualibus prelatorum est licita in suos subditos. Ex his dictis habemus hoc documentum quod non debemus proximos nostros faciliter iudicare. Unde etiam iam dicta quinto. Vere dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Require secundum Thomam 2a 2e q. 60 articulo 4 ut dicit glossa super illud Ro. 14: Qui non manducat manducantem non iudicet. Ita ex hoc ipso quod aliquis habet malam opinionem de aliquo absque sufficienti causa iniuriatur ei et contempnet ipsum. Nullus autem debet contempnere aut nocumentum aliquod inferre absque causa cogente. Et ideo ubi non apparent manifesta indicia de malicia alicuius debemus eum bonum habere interpretando id quod dubium est in meliorem partem. Et melius est quod aliquis frequenter fallatur habens bonam opinionem de aliquo malo homine quam quod rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo bono homine. Quia ex hoc fit iniuria alicui non autem ex primo ut Christus dicit de re nunc. Estote in dubiis tutior via eligenda est. Quarto de homine ad audientiam. Quantum ad 2am partem exemplum de heremita sancto qui fuit inculpatus ab alio quod ei ministrabat. Et baculus illius senis per noctem floruit in signum virtutis innocentie. Hoc habetur in Vitis patrum.

Gaudete in domino semper. Ista scribitur ad Philippenses 4 et originaliter et in presenti epistola transsumptive. In quibus verbis apostolus nos hortatur ad gaudendum in domino et non in mundo. Causa enim gaudium in domino non est vita ad horam sed gaudium mundi. Iob 20: Gaudium mundi ad instar puncti. De gaudio vero spirituali dicitur Proverbiorum: Serena mens quasi iuge convivium. Ergo dicit hic apostolus: Gaudete in domino. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de gaudio spirituali. Secundo quibus hominibus dominus hic proprie est. Tertio questionem in fine. Quantum ad primum notandum: Aliquibus fidelibus in presenti datur gaudere. Primo de bonitate dei cuius bonitas infinita est et ineffabilis. Ista ex bonitate

sua cupit omnes homines salvare et
ideo incarnatus est in hunc mundum Lu-
ce 19. Venit filius hominis querere et
salvum facere. Unde apostolus: Vult omnes
homines salvos fieri. Non solum est
natus sed eciam laboravit 33 annos. Joh.
4. Jhesus fatigatus ex itinere sedit
super puteum. Insuper passus est et mor-
tuus ut immensam caritatem nobis os-
tenderet. Joh. 15. Maiorem caritatem
nemo habet etc. / Etiam resurrexit
ut fidem resurrectionis astrueret. Unde
Gregorius li. 14 moralium super illud Job:
Scio quod redemptor meus vivit. Re-
demptor noster suscepit mortem ne mori
timeremus, ostendit resurrectionem ut
nos posse resurgere confidamus. Et post
hoc ascendit ut spem nostram eleva-
ret. Unde Augustinus in sermone de ascensi-
one domini: Si recte, si fideliter, si de-
vote ascensionem domini celebramus, as-
cendamus cum illo et sursum corda
2 habeamus. // Secundo de proximi bonitate
et prosperitate quia bonum habet in rebus, in
corpore et in anima quo ad deum et
homines. Ro. 12. Gaudete cum gauden-
3 tibus etc. // Tercio de puritate con-
sciencie. Unde ph's de summo bono: Con-
sciencia bona semper gaudium habet.
Unde super Cantica: Salubrior quies
1 animi est conscientia munda quieta et se-
1.o cura. Sed dicitur que faciunt conscientiam
puram et quietam. // Respondet Bernhardus: Duo sunt
precipue que reddunt conscientiam bonam, scilicet
penitere de malis et abstinere a malis
et facere bona. // Item sciendum quod 4 gau-
dium spirituale confert homini quibus uti-
1 litatibus. // Prima est quod facit homines con-
temnere mundana gaudia et delectati-
ones carnis. Gregorius: Gustato spiritu
2 desipit omnis caro. // Secunda est quod ho-
minem roborat ad sustinendum et ad
bonum agendum ita quod omnia ei levia fi-
ant que aliis gravia videntur, scilicet

mas, surgere, vigilias, orare, ieiunare,
alienam portare, corpus flagellare. Ex-
emplum de martiribus qui per consolaciones spiritu-
ales aliquantum pacientes et letantes
sustinuerunt omnia tormenta ab eis.
Unde legitur de beato Stephano Actuum 7:
Lapides torrentes illi dulces fue-
runt. Similiter et de sancto Laurencio et
3 Vincencio et aliis sanctis. // Tercia quia
facit humana opera deo placabilia
non enim cum amaritate sed cum hilaritate
serviendum est deo. Unde psalmista: Servite
domino in timore. Tercia plus valet
unum precium nostre cum hilaritate et de-
vocione quam centum cum amaritate. Ad Cor.
9: Hilarem datorem diligit deus.
Unde ecclesia in decretis: Melior est quidem
psalmorum decantacio cum devocione quam
totius psalterii cum amaritate. De con-
4 dis. 5. Non mediocriter. // Quarta est
quia de dyabolo triumphat. Et racio est
quia vilem reddit animam. Unde beatus An-
thonius dixit fratribus suis: Unica res
5 vincendi est leticia spiritualis. // Quinta
est quia ad gloriam eternam hominem perducit.
Sicut enim quorundam pena hic incipit
et nunquam finem habebit, sic quorundam
gaudium hic incipit et continuabitur eter-
naliter. Et racio huius est: quia quidam pre-
sentes hic incipiunt de virtute in virtutem, sic
ibunt de gaudio spirituali in gaudium
eternum. // Quantum ad 2am partem dicit
apostolus: Dominus prope est. Glossa: Hoc verbum
multum frequentat ecclesia hoc tempore prope
ut homines audientes tam dominum prope esse
se preparent. Preparate ad recipien-
dum talem gloriosum hospitem dominum
nostrum Jhesum Christum in nativitate in
1 festo nativitatis Christi. Et hoc primo
propter eius nobilitatem et sublimitatem.
Altissimus enim est qui apud nos hos-
2 pitari desiderat. // Secundo propter illius
hospitis utilitatem. Alii hospites auf-
ferre solent, sed iste hospes cum

bona veniet iuxta illud Sapientie 7
Venerunt michi omnia bona pariter cum
illa. Joh. Ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus. Ubi notandum quod tota trinitas
anime qua inhabitat gratis de bonis
suis. Pater cui appropriatur potencia dat
ei potenciam qua mediante potest resi-
stere peccatis. Filius cui appropriatur sapiencia
dat ei sapienciam qua mediante potest
discernere inter bonum et malum ut
omnibus graciis et donis sibi a deo
collatis sapienter utatur. Spiritus
sanctus cui appropriatur bonitas dat ei boni-
tatem ut in omnibus que videt loquitur
et audit vel agit considerat et natura-
liter bonum agit et eligit et malum
despiciat. Gaudeat ergo quilibet
homo fidelis qui hoc sacro tempore
cor suum mundat ut inhabitatorem
deum suscipiet. Unde Haymo super
Joh. Si vis deum suscepturus in habi-
taculo cordis tui emunda conscienciam
tuam ab operibus iniquis et a cogi-
tacionibus superfluis et immundis quia
mundus habitator mundam querit
domum. Tercio quod si non haberet hos- 3
pitem nobilissimum haberemus presentem
hospitem habebimus christum. Vere hos-
pitem illi quorum hospicium mundi sponsus in
tanta solempnitate inhabitat et
inhabitabit. Omnia enim bona in presencia
illius hospitis fugiunt et quasi amicum
vocantur in hospicio ad quod ipse
declinat. Pro certo innotavit deus
dominus Ihesus christus in veritate hoc
sacro tempore quod dicitur in psalmo 144 prope
est dominus omnibus invocantibus eum
in veritate. Unde et Wilhelmus Veri-
tas invocationis est desiderium cordis
Unde ipse Wilhelmus super dicta verba
scilicet dominus prope est dicit. Re dominus
prope est quibusque modis hominum. Primo 1
prope est peccantibus primo prope est
eis in omni loco et tempore ut c

de eorum presencia erubescant peccare
Unde Wolfang Magister nobis indicta
est necessitas probitatis cum ante oculos iu-
dicis agimus cuncta cernentis. Unde quidam
Tu quid tempore facis quod me spectare
rubescis. tunc spectante deo non magis
ipse rubes. Actuum 17. Non longe est ab
unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus
et movemur et sumus. Homo tamen peccator
fugit a deo set addendo peccatum peccato deus
eum sequitur monendo ut redeat. Unde
Jere 3 dicit deus ad animam peccatricem. In-
formata es cum amatoribus multis
tamen revertere ad me dicit dominus et ego
suscipiam te. Mira insania. Fugit
peccator deum et currit ad lupum infer-
nalem. Cum ovicula naturaliter fugit
lupum et ad pastorem currit. Secundo 2
prope est manenti in peccato ut a peccato eum
revocet. Apocalipsis 3. Ego sto ad hos-
tium et pulso etc. Ve autem illi qui per
totum annum vel plures annos permittit
eum stare ad hostium cordis sui. Licet
ei aperire volt ut conservat inspira-
cionem divine. De propinquitate dei ad eum
qui manet in peccato habetur exemplum de conversa-
cione illo qui abnegavit deum per filiam
sacerdotis pagani. Require de tempore
sermone 20. Tercio dominus prope est 3
peccatori penitenti et ad deum rever-
tenti in illo sacro tempore. Unde Ezech.
18 Iniquitatesque hora peccator ingemu-
erit omnem iniquitatem eius non recor-
dabor amplius. Unde 2 Re. 12 dixit
david peccavi domino. Et tamen cito dixit
ei nathan. Dominus transtulit peccatum tuum
a te. De hoc habetur Luce 15. Cum filius
prodigus veniret ad patrem suum et ad-
huc longe esset vidit eum pater suus
et misericordia motus occurrens ei etc. Item
exemplum in latrone Luce 23. qui
dixit memento mei domine deus dum
veneris in regnum tuum. Cui christus
respondit. Amen dico tibi hodie

meam eris in paradiso. Cito ipse est existenti in tribulacione ut ei subueniat uel parum dando uel ab eo eripiendo. Unde dicitur in ps 9o Cum ipso sum in tribulacione etc. Bernh. Quantumcumque seuiat tribulacio non putes te esse derelictum sed memineris scriptum esse Cum ipso sum in tribulacione eripiam eum et glorificabo eum. Augustinus in libro de ciuitate dei Deus cum aduersis rebus nos agitat aut merita probat aut peccata castigat qui mercedem nobis eternam pro tolleracione malis temporibus seruat. Secundo deus ipse est breuiter reddendo sibi merita sua. Apoc 3 Ego venio cito. Jacobi v. Ante ianuam assistit. Et si diuus moratus esset per mille annos tamen respectu preteriti vel futuri pene esset quasi una hora. Ps. Quoniam mille anni etc. Unde mors est propinquior homini quam ipse credit ut patet in diuite Luce 12 Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos. Unde dictum est Stulte hac nocte repe etc. Quantum ad tertiam partem quod dicitur hic non possit impleri gaudio spirituali. Secundum sanctum thomam 2a 2e q 3o articulo 3 et 4 ex parte dei de quo est gaudium tuum gaudium illud non potest impleri quia nullus potest intantum gaudere de eo sicut multo esset gaudendum. Sic nullus potest tantum diligere deum quantum est diligibilis quia eius dilectio est infinita. Et sic solum gaudium dei est plenum de se ipso. Ex parte autem eius qui gaudet potest gaudium impleri. Quia gaudium se habet ad desiderium sicut quies ad motum. Unde quies est plena quando nichil est de motu. Ita gaudium est plenum quando nichil restat de desiderio. Modo in presenti mundo semper in nobis manet motus desideriorum. ideo in mundo non est gaudium plenum.

Sed in patria nichil gaudii restabit quia habemus deum qui est finis desiderii nostri et eum habendo habemus omnia. Unde Augustinus super Iohannem sermone 19 Deus tibi totum est. Si esuris panis tibi est. Si in tenebris es lumen tibi est. Si nudus immortalitatis vestis est. Unde infinitum non solum quietat desiderium quo deum desideramus. Sed eciam est quies omnium desideriorum nostrorum. Unde in ps 102 Replebitur in bonis desiderium tuum. Unde eciam Augustinus li 22 de ciuitate dei. Ipse deus erit finis desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur sine fastidio amabitur sine fatigacione laudabitur ymo bona plura habebunt quam desiderare poterunt. Unde apostolus Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Unde Gregorius in moralibus. Et quis enarrare sufficiat quantum gaudium quibus animam suscipiet. De societate patriarcharum simplicitate. De prophetarum credulitate et fidelitate. Apostolorum caritate et magna diligencia. De martirum stabilitate et paciencia. Confessorum pietate et clemencia. Virginum castitate et continencia. Fama vel lingua et vox deficit quantum sit gaudium chorus angelorum interesse presentem dei vultum videre et electis uidere. Nullo metu mortis affici incorrupcionis perpetue munere letari. Item quia tanta sunt gaudia beatorum in patria quod dyabolus libenter sustineret omnes penas omnium demonum ut uno solo valeret redire ad celum et claritatem dei videre. Re [illegible]

G ¶

Multifariam multisque modis olim deus loquens in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem universorum etc. Hebre 1o Originaliter in epistola hodierna leccionaliter. Unde a nonnullis etiam doctoribus. Cum opus creationis mundi et omnium creaturarum magis fuit opere incarnationis quod inter principalibus habemus. Et racio quia quod non creatura propter divinam in opere creationis nunquam se exinanivit sed attributa in creatione aliqua ostendit quia possent facere meliorem et maiorem creaturam in esse nature. Nam pater in tali operatione nunquam exinanivit potentiam suam quin posset facere creaturam aliam. Nec filius exinanivit suum posse quin posset facere creaturam pulchriorem. Nec spiritus sanctus exinanivit suum velle quin posset facere creaturam meliorem. Sed in opere incarnationis filii dei de quo nunc est sermo summo sunt exinanita ista attributa divina quia altiorem et meliorem nec non pulchriorem non possunt fieri per eam quam ista que facta sunt hiis diebus. Nam in isto opere exinanita est patris potentia quia non potest facere quod aliquid quam nichil maius deo. Sapientia filii exinanita quia non potest facere pulchrius pulcherrimo filio dei. Spiritus sancti clementia et bonitas spiritus sancti limitata quia non potest facere quod melius quam melius nichil summo bono quod hoc factum est totum. Et ideo apostolus volens scribere hoc opus fuisse maximum describit ipsum in hiis verbis dives in misericordia multiplex modis. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda: primo de nativitate christi. 2o fructus incarnationis christi. 3o de spectaculis illo tempore cum duobus exemplis. Circa primum ad primam partem quid tempora die et qua hora deus sit natus. Racio dicitur hora media noctis. Unde dum nox medium iter haberet sermo tuus a regalibus sedibus venit. Unde dicitur in primo evangelio hodierno: Et peperit filium suum primogenitum. Unde Luce. Ita fuit

deus pater habet duplices filios. Ita maria virgo. Primo habet naturalem filium unicum ab eterno scilicet filium in deitate. 2o habet deus pater multos filios adoptivos. Unde Joh. 1o: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Unde etiam ut hodie legitur in 3o evangelio. Sic beata virgo maria primo habet unum naturalem filium eundem quem deus pater genuit ab eterno. Et hunc virgo maria hodie genuit leticia et sine omni dolore. Secundo habet filios spirituales genitos quos sub cruce secundum Luce genuit magno cum dolore. Item de nativitate christi legitur in revelationibus sancte Brigide quod postquam pervenit ... in presepio. Cum in diversorio intercidia venit Ioseph. Et maria media nocte Maria sentit se parituram. Unde iubet Ioseph lumen afferre et recedere. Deinde maria suos panniculos expandit quos secum attulerat et pro corpusculo pueri et duos pro capite. Deinde flectit genua et orat maria virgo beatissima. Tunc vidit puerum super sole splendidum ante virginem. Cui eum sic salutat: Bene venias deus meus et filius meus. Deinde virgo recedit. Et pannis puerum involvit quem genuit. Ex quo patet falsitas in libro de infancia salvatoris obstetricem ibi fuisse. Ipsa enim que puerum genuit ipsum pannis involvit ut nobis paupertatem humilitatem et asperitatem commendaret. Unde Cor. 9: Scitis gratiam domini nostri ihesu christi qui propter nos egenus factus est cum esset dives ut nos illius inopia divites essemus. Circa secundum notandum quod christus in sua nativitate a pluribus est adoratus. Nam primo virgo eum adoravit ut communiter etiam. 2o ioseph idem fecit. 3o ab angelis. Nam ibi erat multitudo iubilum angelorum exultancium. Et ut quidam opinantur velud novo Regi homagium et reverenciam fecerunt omnes cives angelici. Secundo pastoribus fit revelacio, primo per angelum Gabrielem ut putatur, deinde lumine claritatis circumfulsit eos. Deinde consolatur eos per verba dicens Annuncio vobis gaudium magnum. Deinde multitudo celestis exercitus canit Gloria in excelsis. Et postea pastores veniunt adorantes puerum. Tercio ab imperatore augusto proprio nomine Octaviano sub quo natus est Christus, qui imperium ampliavit et ditavit et magnifice augmentavit, unde meruit appellari Augustus. Et ab ipso mensis augustus nominatur. Et ipse mirum senatum placavit ut eum pro deo colerent. Et ipse Sibillam prophetissam consuluit an maior eo aliquis nasceretur. Cum ergo in die nativitatis Christi oracionibus insisteret, in die media circulus aureus apparuit circa solem. Et in medio circuli virgo pulcherrima puerum gestans in gremio. Tunc hoc cesari ostendit dicens: Hic maior te est, ideo ipsum adora. Imperator igitur illi puero [illegible] obtulit et ipsum adoravit [illegible]. Queritur hic quare Christus in nocte nasci voluit. Respondit elucidarius: Quia occultus venit, deinde ut eos qui in nocte errorum erant ad lucem veritatis perduceret. Nam Adam peccando erravit et nos consequenter omnes errare fecit. Ps. Erravi sicut ovis que periit. Ergo Christus a celestibus sedibus venit querere oves perditas et ad societatem angelorum reduxit misericorditer. Item queritur utrum infans Christus aliquid sciverit. Respondet idem: omnia perfecte sciuit ab instanti sue conceptionis ut puta

deus in quo sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie absconditi. Item queritur utrum Christus potuit mox ambulare vel loqui. Respondet idem: secundum potenciam utrumque potuit, sed humanam naturam per omnia absque peccato imitari volebat. Unde apparebat in eo naturalis impotencia loquendi. Unde Claudianus: Vagit infans inter arta positus presepia. Similiter impotencia ambulandi, quia portabatur ab aliis qui omnia portat. Luce 2o Tulerunt illum in Jerusalem ut sisterent eum domino. Et quia quo nondum [illegible] sicut prialogus est errare circa divinam naturam ita et circa humanam. Ideo ne aliquis errare posset [illegible] circa alteram earum ipse hic natus est quem parvulus ut ipsum veritate dignus est ostendere. Nasci namque ex femina voluit, involutus pannis iacet in presepio, lacrimosis conspirat vagitibus, matris lacte uberibus et ceteras infantiles sustinet necessitudines, sitit, esurit, dormit, fatigatur, flet, tremit et tristatur. At ceteros humane nature defectus pro nobis assumpsit quos eum assumere decuit. Et quia nostram salutem procurabat ut ex eis nostrum eum esse hominem. Ille autem de eius divinitate in humane nature infirmitate fides aliquem dubitet consideret quod hic qui precibus credunt patrum regum per caldeos honoratur muneribus. Qui latet in presepio lumine novi sideris choruscat in celo. Cum vagitus reddit infantie angelici exercitus vocibus collaudatur. Qui femineo lacte nutritur multa milia hominum paucissimis pane saciavit. Qua ergo sic temperavit opera ut sciretur in uno eodemque miraculo se verum deum et

vere hominis declaravit. Unde in suscitatione adolescentis Luce vij. ubi pro-
ad fletum vidue cuius ille erat unicus
filius misericordia movebatur ut homo. Et
propria potestate mortuus suscitavit ut deus. Et similiter in suscitatione lazari ubi ex compassione fle-
vit ut homo. Et ex potestate suscitavit
eum ut deus. // Quantum ad 2am partem pre- R
sciendum. Quarto hoc de incarnatione
christi consequimur quinque bona. Primo 1
magis in fide roboramur cum non
homini sed deo credidit qui fidem fun-
davit. Unde apostolus Nemo potest aliud
fundamentum ponere preter quod posi-
tum est quod est christus ihesus
Unde Augustinus fides est bonorum
omnium fundamentum fides humane
salutis initium. Sine hac nemo
filiorum dei numero potest associari //
Secundo spes erigitur quia si pec-
catores eos deus quia peccatoribus venit
ut eos salvos faceret Luce 19 Venit
filius hominis querere et salvum facere
Unde Augustinus super Johannem Nulla causa
veniendi christo domino fuit nisi pecca-
tores salvos facere. Unde Bernhardus Venit
salvator ad perditos, largitor ad cecos
vita ad deceptos Redemptor ad
venditos medicus ad egrotos. Ter- 3
tio caritas inflammatur ponderan-
do illud Johannis 3. Sic deus dilexit
mundum ut unigenitum suum daret
ut omnis qui credit in ipsum non
pereat. Unde Augustinus super psalmum amor
pro amante te deus et fecit se ipsum
te hominem ut descenderet ad te et
tu ascenderes ad eum. Et ideo dic-
te habetur. Quarto deum factum parvulum
pro nobis ardenti desiderio per di-
lectionem amplecti debemus quia secundum
verbum Bernhardi Magnus dominus et
laudabilis nimis factus est parvulus
et amabilis nimis // Quinto ut ex- 4

sciderimus ex hoc quod deus homo factus est
dignitatem humane nature cui se deus appla-
vit ut se diceret fratrem hominis. Unde in
psalmo 21 Narrabo nomen tuum fratribus
meis. Quam nostram humanam sic digni-
ficatam amplius inquinari non de-
bemus peccatis // Quinto ut per eum sic 2
medii effectus sic extrinsecus pascimur
in vita eterna. Nam eum magis diligimus et
cognoscimus per humanitatem oculis corporis
per divinitatem oculis cordis deo fruen-
do Unde Augustinus In libro de spiritu et
anima Duo sunt sensus in homine scilicet inte-
rior et exterior ut ambo reficerentur
interior in contemplatione deitatis
exterior in contemplatione humanitatis
// Quantum ad 3am partem sciendum quod R
diversi homines exercent diversas di-
vinationes et sortilegia illo sacro tem-
pore. Nam aliqui ponunt cumulos salis
Aliqui iactant calceos per capita sua
Aliqui cingunt arbores. Aliqui con-
siderant umbram corporis et anheli-
tum hominis. Item aliqui credunt quod dy-
ana discurrit in illis sacris noctibus
per diversa loca // Unde Gregorius dicit quod 1
Tunc plura maleficia et supersticio-
nes exerceri solent sacratioribus
temporibus anni et presertim circa fes-
tum nativitatis domini. Et ideo secundum Johannem 2
inde Tales demonis instinctu ista
fiunt quia festa plus frangunt per
mortalibus quam mechanicis operibus
Supersticio autem est secundum Augustinum de
magicis operibus similibus ipsius deo-
rum cultus divina reverentia exhi-
betur // Secundo quod Tunc maleficii in- 1
strumenta sunt maleficie per sacramenta
ecclesie vel temporalia divina procurat ut
sal tenendo per crisma facere vel y-
maginem ceream sub palla altaris
ad tempus ponendo et similia faciendo
Tertio ista etiam ex instinctu demo- 2
nis fiunt ut sit sub specie boni operare

plures simplices homines dyabolus decipiat qui tanta verba divinis et oraculis adeo putant etiam aliquid numinis obtinuisse ubi solummodo maiorem peccatum sit quamquam non solum presidia sed etiam sacrilegium, divina quoniam in eis est contaminatio. Et sic quilibet deum creatorem suum offendit.

Tercio queritur unde provenit quod femine sepe in maiori multitudine reperiuntur supersticiose et malefice quam viri. Dicitur quod mulieres prone sunt ad credendum. Et ideo est quod secundum Crisostomum mulieres sunt naturaliter molles et fragiles, quia naturaliter ideo de facili decipiuntur; molles et ideo ad malum vel bonum cito flectuntur; fragiles ideo de facili superantur. In signum huius dyabolus in paradiso non est aggressus virum sed mulierem sciens quod femina citius decipitur ad credendum verbis suis igitur vere. Hec iam dicta patet quod mulieres adhuc imitantur etiam quod plus dyabolo credidit quam deo. Unde Johannes Nider in libro qui dicitur Formicarius narrat hoc exemplum. Refert quidam pater ordinis predicatorum quandam villam intravit ubi feminam quandam invenit dementatam que credidit nocturno tempore se cum dyana et aliis feminis transferre credebat per aera. Cum tamen pater presidia verbis tonaret et compelleret salubribus premissis ista contrarie plus credere affirmet. Cui pater: Si vis ergo me esse presentem dum in proprio credens. Illa respondit: Ita placet ut me credente videas presentibus si placet testibus ydoneis. Igitur ut deliram zelator animarum convinceret. Adveniente die rediit quam vetula predixerat affuit pater ille non sine dignis hominibus. At illa tubellam in qua pasta formari solet super scampnum posita intravit et sedens ibi cepit. Applicacionibus verbis maleficis et unguento oblinito capite obdormivit. Statimque ope demonis somnia de domina Venere et de aliis supersticionibus tam forcia habuit ut in iubilo quadam voce submissa clamaret. Et in hiis plausibus mota manibus tubellam cui insedebat nimis movit que de alto scampno precipitante vetule subiacente caput non modicum contudit. Et ita in terra iacente nec de loco mota pater ille eam increpavit iam ad eam vigilantem: Ubi queso es? Nam cum dyana fuisti que testibus presentibus numquam de tubella recessisti. Hec hiis igitur gestis et mediantibus verbis salutiferis eam ad prius errorem detestationem devexit.

Tale etiam legitur in legenda sancti Germani episcopi Antissiodorensis. Cum in domo quadam videns post mensam parari iterum mensam invocando dixit quod bonas mulieres nocturno tempore illa venientibus cibaria ponerentur. Igitur eadem nocte vigilando vidit multitudinem demonum in forma mulierum ad mensam sedentes. Quibus ne recedent imperavit familiam totam excitavit. Et si comedentes cognoscerent que sunt visitavit ad domos singulares in lecto suo recepte sunt. Adiurati ergo demones seipsos esse manifestabant. Et quod homines sic illuderent apparuerunt. Iste aliqui credunt quod puer aliquis sine baptismo moritur erit fantasma unde quod dicitur in vulgari der slecz et destruit in domo de nocte

Quanto tempore heres parvulus est nichil differt a servo cum sit dominus omnium. Gal. 4. Modo mater sancta ecclesia recolit qualiter ille qui sine estimatione magnus est pro nobis parvulus factus sit. Unde Bernhardus: Magnus dominus et laudabilis nimis factus est parvulus et amabilis nimis. Nam heres dei patris est Christus filius matris virginis. Hebr. 1o Quem constituit heredem universorum. Heres iste nichil differebat a servo cum esset parvulus; filius enim erat tener parvulus. Licet in eo essent omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi, tamen videbatur sapientia proficere. Luc. 2. Puer Ihesus proficiebat sapientia et etate. Item licet omnia posset, tamen in eo apparebat naturalis impotentia loquendi et ambulandi, ut portaretur ab aliis qui omnia portat. Luc. 2. Tulerunt illum in Ierusalem ut sisterent eum domino. Iste licet esset sine omni macula peccati, tamen signum macule habuit et hoc voluit, scilicet circumcisionem, sicut et alii pueri. Ex quibus patet quod filius erat tamquam parvulus. Ergo hic dicit apostolus: Quanto tempore heres parvulus est nichil differt a servo. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quod Christus comparatur servo. Secundo quare hoc tempus dicitur plenitudo temporis. Tertio quare deus dicitur pater noster cum vero exemplo. Quantum ad primum sciendum: Christus comparatur servo propter tres rationes. Prima est quia ad instar servi in continuis laboribus fuit. Unde Ps. 87: In laboribus a iuventute mea. O homo, cogita qualiter Christus pro te laboravit iacendo. Primo iacuit in duro presepio in feno, et tu interdum delicate pro eius amore iacere debemus. Cogita qualiter laboravit in discurrendo, ita quod etiam fatigatus fuit in itinere, Io. 4. Ita enim laboravit in eundo ad civitates, ad infirmos et peccatores. Cogita qualiter laboravit orando, vigilando, quia sepe pernoctabat in oratione. Et surge mane et ora ut eius impetres misericordiam et gratiam. Et dicere possis cum propheta David: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Sed multum laboravit qui iniquitates multorum, immo tocius mundi portavit. Et in hoc quod pro peccatis tocius mundi penam sustinuit. Unde merito ego super infantulum illarum multum, i. labores quos Christus habuit in infantia. Deinde labores quos pertulit in predicando, fatigationem in discurrendo, vigiliarum in orando, temptationem in ieiunando, lacrimarum in compatiendo, sputorum, colaphorum, horum et similia. Ecce qualiter Christus pro te laboravit; labora et tu propter eum. Insuper et pro te sustinuit passiones sicut unus servorum precipue dolorem capitis, ut pro eo sustineas sicut et ipse pro te sustinuit. Amplius: Cum socii passionum estis eritis et consolationum. Secundo comparatur servo propter paupertatem. Scivisti illa qui est ditissimus inter omnes factus est pauper propter homines ut eos ditaret. 2 Cor. 8. Scitis gratiam domini nostri Ihesu Christi quod propter nos egenus factus est cum esset dives ut illius inopia divites essemus. Vide scire quam pauper fuit. Considera qualiter natus sit in stabulo, reclinatus in presepio, involutus vilibus pannis. Considera ulterius quam pauper fuit in p cessu temporis pauperior fuit servo nullus servus adeo pauper est qui servit pro denario proprio alicui domino et habet in domo domini sui hospicium et etiam quosdam denarios Jhesus vero adeo tam pauper fuit quod in domibus illorum quibus servivit non potuit habere hospicium littera est marci xi et mathei 21. Cum in die palmarum intrasset Jherosolimam intravit templum ubi multos infirmos sanavit et toto die predicavit Cum autem iam esset sero i. vespere et circumspexisset omnibus per quos eum hospitare vellet nemo Exivit in bethaniam cum xii discipulis Hic considera christi pauperiem qui in tota civitate hospicium habere non potuit Et exivit bethaniam ad hospicium suum scilicet martham que ipsum frequenter recepit in domum suam cum discipulis suis // Item adeo pauper fuit quod unum denarium non habuit littera mathei 17. Cum exigeret a christo censum nec haberet unde solveret misit petrum ad mare qui cepit piscem in cuius ore staterem quem fecit dare pro se et petro. Ubi ultimo scilicet quam fuit vide qualiter nudus pependit in cruce et non poterat habere aliquid ad quod caput suum reclinaret luce 9. Vulpes foveas habent, Unde quod adeo pauper fuerat qui omnes aquas creavit quod in extrema necessitate unum haustum habere non poterat Judei enim dederunt ei vinum cum felle mixtum Et cum gustasset noluit bibere mathei xxvii // 3 Tercio comparatur servo propter humilia servicia que fecit Ipse enim humiliter ministravit apostolis suis tanquam servus mathei 20. Quicumque voluerit inter vos primus esse erit servus sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare Unde luce 22 In medio vestrum sum sicut qui ministrat Ubi scilicet quam humilia fecit considera quod littera jo 13 Surgit ihesus de cena et deposuit vestimenta sua etc. Deinde misit aquam in pelvim et cepit lavare pedes discipulorum suorum Pondera vero hic et invenies quod ministravit tanquam servus Surgit namque a cena discipulis residentibus ipse proprius surrexit ut ostenderet se esse servum Cena vero dominis ad mensam sedentibus quod servus surgat et ministret Cepit lavare pedes discipulorum suorum et venit ad petrum qui dixit Non lavabis michi pedes in eternum Et certe quod petrus obstupuit ad tantam humilitatem ihesu christi Et nimis obstupuit videns illum ante genua apud se flectere cuius christus manus ad lavandum pedes extendere Cum in cuius nomine omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum, O homo in hoc obsequio considera christi propter maiorem humilitatem quod voluit lavare pedes discipulorum non solum electorum sed et traditoris sui Et in hoc dat nobis exemplum humiliandi Joh 13 Exemplum enim dedi vobis // Quantum ad 2m sciendum dicit hic apostolus ubi venit plenitudo temporis Hec enim plenitudo temporis fuit tempus incarnationis et nativitatis christi Et plenam // 1 Primo quia tunc impletum est tempus prefinitum a deo quo christo plenitudinis gratie nasci debebat // 2 2o Et plenitudine pacis Unde in psalmo 71 orietur in diebus eius iusticia et habundantia pacis Johelis 2o Implebuntur horrea frumento

et tribulacio vino redundabunt
Tercia tempore augusti qui natus est
Christus pax fuit per universum mun-
dum // Tercio propter consummatam
largissimam effusionem de qua Johelis
2º. Effundam spiritum meum super
omnem carnem meam // Quarto propter
figurarum impletionem Tercia pre-
cedens tempus veniam fugit figuras
veteris modo sic adimplete sunt
in Christi incarnacione et nativitate
// Quinto propter misericordie plenitudinem Tem-
pore veteris legis habundabat ius-
ticia Exile et habundabat tempore
Christi iusticia Sed iam habundat
misericordia dei Unde dicitur in psalmo
32 Misericordia domini plena est ter-
ra // Quantum ad 2am partem dicit hic
apostolus Misit deus spiritum filii
sui in corda nostra clamantem abba pa-
ter Sciendum Quia deus dicitur pater
noster propter quinque // Primo propter creacio-
nem Deuteronomio 32 Nunquid non ipse est pa-
ter tuus qui fecit et creavit te Unde
in psalmo 99 Ipse fecit nos et non ipsi nos
2º propter curam providencie 1 petri 5 Ipsi
cura est de nobis Unde in psalmo 39
dominus sollicitus est mei Mathei 6
Nolite solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibimus
// Tercio propter affectum dilectionis et
miseracionis Unde in psalmo 102
Quomodo miseretur pater filiorum suorum
misertus est dominus timentibus
se // Quarto propter disciplinam correp-
tionis Unde apostolus flagellat
omnem filium quem recipit Unde
etc Nam 1º affligi te secundum meri-
ti et non affligam te ultra sed
in futuro Unde dicit Gregorius mi-
sericordia dei adhibet temporalem
severitatem ne eternam inferat
ulcionem Ideo quibusdam

parcit ut eos in eternum feriat
Ideo hic ferit non parcendo ut in eter-
num parcat // Quinto propter distribucionem
3 hereditatis Unde in psalmo Tu es qui re-
stitues hereditatem meam michi Pli-
nius ponit exemplum Nam petrus alfon-
dicit Quod quidam dominus regalis animi
2 habuit tres filios et cogitans
quem illorum committeret regimini qui me-
lius regeret Et volens scire quis
illorum esset melius ut ipse est tali indus-
tria non vocavit maiorem et dixit
4 ei Si deus vellet te facere avem quomodo
avis velles esse Filius vero respondit aquila
Et quare dixit pater Respondit quia omnium
avium est regina et super omnes aves
volat Vocavit 2m et dixit de
falcone Et quare pater ait Respondit
Quia est avis que portatur in pugno
3·4 nobilium quando vadunt venatum redeunt
super aves secundum voluntatem suam et
nunc unam et nunc aliam occidit Ter-
1 cium autem vocavit 3m scilicet mino-
rem et dixit ei sicut aliis dicebat
Respondit quod vellet esse sturnus quia sepe
volat cum copia multitudinis et socie-
2 tate maiori huius partis Venit
idem dominus et condidit testamentum
Dimitto filium meum minorem he-
redem esse in comitatu et societate
vivit et talem debet esse rectorem
civitatis Sic etiam deus pater habuit
3 3s filios scilicet luciferum qui velut aqui-
la appetivit volare super altitudinem
nubium et similis esse altissimo // Secun-
4 dus autem filius fuit primus homo
scilicet adam qui velut falco rapidus
super pomum ligni prohibiti se inmisit
3us autem populus sunt qui in terris vivus
est et in hominibus conversatus Et iste
est heres de quo loquitur apostolus in epistola
hodierna dicens Quare si filius et heres
Et coheredes Christi sed pauperes celeste

- 1 -

ysa. oblatus c. qz vot.

hereditate possidentes Math. y.
Nonne deus et elegit pauperes in
hoc mundo divites in fide et he
redes regni quod repromisit deus dilige
tibus se

Obsecro vos per misericordiam
dei ut exhibeatis corpora vestra
hostiam viventem sanctam deo
placentem. Ad Ro. 12. Quia max
ima pars merendi et demerendi
consistit in exercitio corporis ideo
monet nos apostolus ut corpora nostra
dei servicio efficiamus mediante hoc quod
obsecro vos. Unde in presenti sermone quatuor
sunt dicenda. Primo quare corpora
nostra deo exhibenda sunt. Secundo
quod aliqui offerunt deo hostiam mor
tuam et aliqui viventem. Tercio quare
non debemus nos conformare huic
seculo. Quarto de illo cum plus sapit
quam oportet sapere. Quinto quod omnia mem
bra sancte ecclesie unum corpus
sunt cum uno exemplo. Circa ad pri
mam partem nota quod apostolus ponit
hanc exhortacionem de exhibendo cor
pore nunc propter has festivitates
Primo propter debitum illius redempcio
nis ut cum filius dei per incarna
cionem humanum corpus pro salute
nostra sibi adoptavit. Monet
apostolus in hac redempcione suum dul
cissimum corpus cum membra sibi exhi
beamus et ei serviamus sicut nobis in
suo corpore 33 annis servivit. Unde ipse
in ewangelio dixit. Filius hominis — luce 22
venit non ministrari sed ministrare. Et
etiam ut ei subiciamur tamquam red
emptori nostro. Quia sicut captiva
tenetur subici captori et servus domino
et filius patri. Sic et nos deo. Eccl.
11. Collum vestrum subicite iugo
eius, per hoc impeccando dicit dominus
illud. Exod. 10. Usquequo non vis

2 subici michi. 2o. exhibenda sunt
corpora nostra deo propter oblacionem il
lam qua se pro nobis obtulit in
cruce deo patri in morte. Unde se
omnia membra pro nobis extendit
et totum corpus ad passionem dedit.
Sic in recompensacionem sibi offerre
3 corpus et membra nostra. Tercio
exhibenda sunt corpora nostra propter
mercedem dabitur nobis resurreccio
gloriosa. Nam fidelis miles
non timet amittere equum suum
in prelio dum possit facere lauda
bile factum pro domino suo, quod sperat
ab illo recipere multo meliorem.
Sic iustus non timet exponere cor
pus suum castigacioni vel etiam mor
ti si necesse fuerit propter dominum suum.
Quia post mortem corporis sperat
gloriosum et subtile et eternum
corpus recipere. Unde apostolus
Salvatorem expectamus dominum
Ihesum Christum qui reformabit corpus
nostrum. Unde Math. 13. Fulgebunt
iusti tamquam sol in regno pa
tris sui. Unde Bernardus de conside
racione. Qualis putas tunc erit
splendor anime, quando splendorem
plus habebit lucis corpus. Nulla
erit ibi tristicia nulla angus
tia. Nullus dolor, nullus timor
nullus ibi labor, nulla mors
sed perpetua sanitas, semper perseve
2B rabit. Quantum ad 2am
partem dicit hic apostolus hostiam
viventem sanctam deo placentem.
Pro quo sciendum quod hostiam mortu
am offerunt deo. Primo isti qui
bona opera faciunt in peccato mor
tali quia nichil merentur apud deum
quo ad remuneracionem eternam

mi. 23o moral. ali mor. instorum ut ∴

Unde Corinth. 13: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum et cetera, caritatem autem non habuero, nichil mihi prodest. Unde in decretis: Opera extra caritatem non valent ad salutem eternam, de pe. di. ii.

2 // Secundi sunt qui dicunt: quando mortuus fuero sepeliar in monasterio tali. Et dum vivunt in peccatis suis perseverant. Anima illius in inferno sepelitur, et tamen cadaver suum sepeliri vult in sacro loco.

3 // Tertii sunt ypocrite qui ieiunant, vigilant, orant, ecclesias frequenter visitant, et cetera alia bona opera faciunt propter vanam gloriam et laudem hominum. Tales enim sunt martires diaboli. Et possunt diabolo dicere istud psalmi: Propter te mortificamur tota die. Et de talibus dicit Christus Math. vi: Amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Unde Gregorius in moralibus: O quam miseri sunt qui affectant laudes hominum, in semetipsis dissipant fructus laboris sui, et dum se ostendere alienis oculis appetunt, dampnant quod agunt.

4 // Quarti sunt qui peregrinationes faciunt vel capellas vel ecclesias construunt, vel alias largas elemosinas dant pauperibus de rebus iniuste acquisitis, scilicet rapina, usura, et illis non satisfaciunt quibus tenentur restituere. Unde Eccli. 34: Qui offert sacrificium de substantia pauperum quasi qui victimat filium in conspectu patris. Unde et Gregorius in registro: In dei servitio quod de scelere offertur omnipotenti deo, non placatur et iracundia eius irritatur.

5 // Quinti sunt claustrales, qui corpora habent in claustro et corda in seculo. Corpus enim est mortuum quod ab anima separatum est. Unde arist. l. 6: mors nichil aliud est quam recessus anime a corpore. Et tales claustrales faciunt iniquam oblationem cum corpus tamen mala sua dant deo et corpora sua claustro. De talibus non est mirum si claustrum sit eis carcer et magnum dolorem sentiunt, cum ipsi cottidie quasi mortem sustineant. Nam mors est divisio corporis ab anima. Sic et ipsi sunt divisi, quia corpora habent in claustro et corda in mundo. Et tales habent duram et austeram vitam, quia quidquid boni faciunt, coacti faciunt. Unde Hugo de sancto Victore: Nemo invitus bene agit, etiam si bonum est quod agit. Tales enim sunt miserrimi homines, quia non consolationem a mundo nec etiam a deo ergo recipiunt.

.q. Sed queritur hic qui sunt isti qui hostiam immaculatam offerunt deo.

1o Ad hoc respondeo: primo requiritur ad hoc ut hoc opus bonum fiat in caritate, quia unum opus in caritate factum plus valet quam opera omnia peccatorum in mundo existentium. Caritas est bonum sine qua nec opus magnum acceptatur, cum qua nec opus minimum despernatur.

2 // Secundo quod fiat recta intentione, scilicet quod homo in bono opere suo querat dei honorem et salutem propriam et proximorum edificationem. Ambro.: Opus tuum intentio operi tuo nomen imponit. Gregorius: Omne bonum quod agimus semper per intentionem ad celestia levemus. Unde etiam Ieronimus: Quidquid agis pro eterna mercede age, et nichil studeas propter laudem et humanam opinionem, sed propter vitam eternam.

3 Tertio requiritur quod fiat voluntarie et cum hilaritate. 2 Cor. 9: Hilarem datorem diligit deus. Unde in decretis: Melior quidem psalmorum decantatio cum devotione quam totius psalterii cum anxietate, de con. di. 5, Non mediocriter.

4 // Quarto quod fiat perseveranter, quia non sufficit

.9.m.40.

ut. ali9

A

q bonum opus fiat in gratia et
recta intentione et voluntate nisi fiat
perseverantia Unde Bernhardus Tolle per-
severantiam nec obsequium mercedem
habet Unde est versus De summo bono Salo- 3
incipientibus promittitur sed premium per-
severantibus datur Unde etiam Matthei
X Qui perseveraverit usque in finem
salvus erit // Illi qui hostiam vi-
ventem deo offerunt scilicet infirmi
et tribulati qui patientes sunt Unde
eorum corpus digna hostia deo efficitur
nisi igne tribulationis fortificatum
sit et decoctum quam tribulationem si vo-
luntarie et patienter obtulerimus
adque nostre non solum hostia vivens
et sancta efficitur coram deo Sunt
autem tria consideranda scilicet quare non
solum patienter sed letanter tribula-
tiones et infirmitates suscipiende sunt
1 // Primum est quod est signum certissime
electionis unde dixit angelus Raphael
el ad Thobiam quia acceptus eras deo
necesse fuit ut temptatio probaret te
Contrarium dicitur de reprobis In
ps 80 Dimisi eos secundum desideria cor-
2 dis eorum // Secundum est ut cum mag-
no profectu certissimam liberationem Unde
ps 33 Ex omnibus tribulationibus meis
eripuit me Super quod postilla-
tor dicit Solet divina pietas elec-
tos suos multis modis eripere // Primo
liberat per pacientie corroborationem Unde
Gregorius Tunc enim maiore deus libe-
rat quando sufferendi patientiam adminis-
trat // 2o tribulationem in dulce-
dinem commutando Sicut legitur de beato
Andrea O bona crux diu desiderata
etc Item de beato Stephano lapides
torrentis illi dulces fuerunt Sicut
de beato Laurencio et Vincencio et ceteris
3 patet // Tercio liberat per singu-
las tribulationes consolationes infun-
dendo Unde in ps 93 Secundum multi-
tudinem laborum meorum consolationes tue le-
tificaverunt animam meam Apostolus Qui consolatur nos
in omni tribulatione nostra // Tercio
appetenda est tribulatio quia con-
format deo qui pro omnibus hominibus
tribulationem passionibus se immer-
serit Ergo hoc solum tribulatio summo
desiderio esset amplectenda Unde
cum translati de hac vita ad spe-
culum divine veritatis pervenerimus te-
lucide clarius cognoscemus quam mag-
num cumulum meritorum nobis propter
tribulationem adiecit Unde Richardus super
illud apostoli Non sunt condigne
passiones huius temporis dicit ad pe-
nam quam dimittit ad graciam
quam immittit ad gloriam Unde
Hubertus Si adversitatum utilitatem
studeremus considerare nichil in terra
amplius possemus pro infirmitate
vel adversitate rependere // Circa
ad 2m dicit hic Nolite conformari
huic seculo Ubi notandum Quod huic
seculo non debemus nos conformare
1 // Primo quia amicitia huius mundi hominem
inimicum deo constituit Jacobi 4
Amicitia huius mundi inimica est deo quia
amor mundi expellit deum et eius
graciam et dilectionem a corde hominis 2o
sicut ignis et aqua sunt contraria
frigidum et calidum nigrum et album
Sic et amicitia dei et mundi simul
stare non potest Unde Gregorius Disce
o homo non diligere mundum ut dili-
gas deum disce ut auferas unde
ut implearis Augustinus super primam
canonicam Johannis Duo sunt amores scilicet
mundi et dei si amor mundi inha-
bitat non est quo intrat amor
dei Tunc ergo hauseris tecum ab
amore terreno tunc haurires amorem
divinum et incipit in te inhabitare

caritas a qua nichil mali potest
procedere. Secundo quia totus mundus ple 2
nus est amaritudinibus et miseri
is et ideo dicitur vallis lacrimarum
Hoc ostendit puer nascendo quia statim
mox flet recognoscens miseriam huius
mundi. Unde Job 14 Homo natus
de muliere brevi vivens tempore re
pletur multis miseriis. Hoc patet
quia mundus fere totus Nunc estas fames
et sitis Nunc infirmus letus tristis
risus et fletus dives et pauper
et cetera. Unde Job 13 Nunquam in eodem
statu permanet et cetera. Unde Gregorius
super ezechiel Quid est quod in
mundo libet ubique luctus inspici
mus undique gemitus audimus de
structe urbes Eversa castra et
populati agri in solitudinem ter
ra redacta Alios in captivitatem
duci alios truncari videmus ali
os interfici Quid ergo est quod in
hac vita libeat fratres mei Si
talem mundum diligimus Non iam
gaudia sed vulnera amamus. 3o 3
quia nemo simul in hoc mundo potest
pervenire ad regnum celorum Et ratio
est quia omnes amatores et servitores
huius mundi scilicet servi dyaboli Mt 6
Nemo potest duobus dominis servire
et apostolus Si ad huc mundo pla
cerem servus christi non essem. Ymmo
servi dyaboli quousque vivunt laborant
quam servi christi Quia in laboribus
gaudiis sunt et sic ingemiscunt in con
sciencijs suis Unde Cambreo Dure
pena timoris est quam interioris
voluntas testis Nonne hoc magis
fugiendum quam mortem quam dis
pendium quod exilium Et in futuro
servitores mundi habebunt infernum
et penam et cetera ergo gaudio. Unde
Crisostomus super matheum Quia miseri
mus est mundus et miseri qui eum

sectantur semper omnes honores opera mun
di excluserunt a vita. Unde Gregorius
In omelia Vile est regnum celorum Non
potest hic gaudere in hoc mundo et
illic regnare cum christo. Quartum ad
quod dicit hic apostolus Non plus sapere
quam oportet sapere idest non Notandum Ec
clesiastici viii Et aliquis plus sapit
quam oportet sapere sicut 3e uno modo circa 1
obiecti quod obiectum inscrutabile
vult scrutari sicut qui vult scrutari
vel investigare zodiacum trinitatem personarum
scilicet patris et filii et spiritus sancti et
veritatem fidei et articulorum fidei
Quod prohibet Eccli 3o Altiora te ne
quesieris Unde pro. Qui scrutator
est maiestatis opprimetur a gloria 2o 2.
qui per scienciam magnam vult secreta
et futura predicere 3o iudicando occul 3
ta cordium que solus deus scit cog
noscere et iudicare Et insignum huius
ipse solus dicitur scrutator cordium Et
de hoc plenius habetur in distinctio
de tempore sermone xl. Quintum ad
quod dicit hic apostolus Sicut
enim in uno corpore multa membra ha
bemus hic apostolus ostendit quod sicut
membra eiusdem unius corporis sic. Et quo
modo fideles christi qui sunt in corpore
eius debeant se adiuvare sicut se
membra unius corporis Notandum ideo
primo quod unum membrum non invidet
alio cito quod est dignius vel melius 1
sed quando illud membrum sed primo unum
congaudet alteri Et reputat suum
factum quod alteri fit sive bonum sive
malum Unde si ledatur pes dicit
os quare me ledis Si lanatur pes
os exclamat lavatur Sic etiam debent
esse inter fideles christi qui sunt mem
bra eius Unde dicitur hic multi unum
corpus sumus in christo singuli autem al
ter alterius membra 2o unum -2
membrum lesum ab alio se non

non vindicat. Sic ecclesie dicitur esse in mem-
bris eius apostoli nulli malum pro ma-
lo reddentes, immo quod plus est unum
membrum pro alio se exponat periculo
propter unitatem nobile pro nobiliori
ut manus pro capite. || In membris
3 etiam ecclesie ipsum caput i. Christus pro
membris morti se exposuit. || Item
unum membrum cibum susceptum communicat
aliis membris. Sic ecclesie unus fidelis
alii bona communicare debet. Et si unum
membrum amplius de cibo detineat
quam debet ad malum suum retineat
illud. Est enim ei occasio apostema-
tis vel alterius infirmitatis. Sic ecclesie
est inter fideles Christi. Unde Ecclesiastes 7
Est et alia varietas pessima quam vi-
di sub sole divitie conservate in ma-
4 lum domini sui. || Ideo nichil valet unum
membrum mutuo quia ab aliis mem-
bris separari. Si enim separatum est inu-
tile est. Quid enim valet manus ab-
scisa vel pes vel auris. Sic excommu-
nicatus per excommunicationem separatus a
Christo qui est caput et a membris
ecclesie i. ab omnibus Christi fidelibus ad
nichilum valet nisi ad eternum ignem.
Hoc patet Johannis 15 ubi Christus dicit: Ego
sum vitis vera et vos palmites. Sed
homo excommunicatus similis est palmiti
absciso a vite. Cui sic abscisus ad
aliud non valet nisi ut comburatur.
Unde Augustinus super Johannem: Nichil debet
formidare christianus nisi separari a cor-
1 pore Christi. || Quia sicut totum corpus tremit in
separacione unius membri periculum pendet. Sic
ecclesie tunc debet totum corpus ecclesie cum
aliquem fidelem videt separari a commu-
nione fidelium per excommunicationem vel pec-
catum mortale. Pro quo sciendum quod ex-
communicatio maior non est facile feren-
da quia christianum sanguine Christi redemp-
tum. Nam ut dicit beatus Augustinus:
Cum quidam sacerdos quendam sub

diuo suo excommunicare voluisset, au-
divit vocem dicentem sibi: Desine mo-
Non enim tu sed ego sanguinem tuum
pro eo fudisti. || Ultimo exemplum sicut quod
unum membrum ecclesie exposuit se pro
alio. Hoc patet de sancto Paulino episcopo
qui se dedit in servitutem pro filio vi-
due. Hec in promptuario. C. 11. capitulis.

Qui preest in sollicitudine
ad Ro. 12. Prelati sollicitudo
apparet quia sicut pastores et
debent vigilare super gregem sibi
commissum. Et in signum huius Christus primo
pastori scilicet beato Petro dixit: Pasce
oves meas. Et ergo dicitur hic: Qui
preest in sollicitudine. Unde in predicto ser-
mone Paulus apostolus dat plura
documenta. || Quantum ad primum dicit:
Qui preest in sollicitudine. Pro quo scien-
dum secundum Ebirth. Ex triplici ratione
dicitur prelatus esse sollicitus ad custodi-
endas animas sibi commissas. Primo quia
! sanguine Christi empte sunt. Si quis
haberet de vestibus Christi valde dili-
genter custodiret. Si vero aliquid
haberet de corpore eius ut sanguinem
vel lacrimam diligentius custodiret.
Qualiter ergo dicitur custodire animas quas
sanguine suo composuit pro illis sanguinem
2 suum effundendo. || Secundo vero qui
in periculo animas suas ponit anime ille
per eius culpa sua peribunt. Erit enim
anima eius pro anima illius. Ezech. 3.
Sanguinem eius de manu prelato
3 requiram. || Tercio vero nisi prelatus
adduxerit nuptum in se fidem animas
sibi commissas ad divinam faciem dei non
videbit. Unde Genesis 43. Non videbi-
tis faciem meam nisi fratrem vestrum
minimum adduxeritis vobiscum. Debet
ergo prelatus sibi custodire animas sibi com-
missas sicut ipse custodiret diligenter
sanguinem Christi in vase. Et sic palu

tem propriam quia utrumque ea regno celorum excludatur nisi animas sibi traditas secum adduxerit. Unde hic queritur utrum prelati habebunt maius meritum ceteris hominibus apud deum. Respondet Elucidarius. Item in ecclesiasticis dignitatibus presidet ut episcopi et presbiteri. Si verbo et exemplo bene preficiunt tot premia palmas habebunt quot anime per eos salve fiunt. Unde Gregorius in moralibus omelia: Illi preterea deum vident sublime mereri qui se de libus operibus perfecte polluuntur. Et dum ipsi pie super gregem suum vigilant divina gratia largius se eos circumstat. Si autem subditis verbum dei subtrahunt et eos in fovea ad mortem per prava exempla ducunt tot penas palmas hereditabunt quot anime eorum pravo exemplo perierint. Unde ecclesiasticus Gregorius in moralibus: Tanto prelati debent quia si iniquitatem peccati sua perpetrant tot tamen mortibus digni sunt quot ad subditos suos perdicionis exempla transmittunt. Secundo autem in secularibus prelati sunt ut reges principes et barones et iudices. Si iuste iudicat et subditos clementer tractat maiorem gloriam palmas a deo iusto iudice consequentur. Si autem iniuste et crudeliter opprimunt atrociora supplicia habebunt. Unde Sapiencie 6: Iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. Unde Jacobi 2: Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Unde Crisostomus: Sic potentes potenter tormenta sustinebunt. Sic et iustitie principes severe et plenius per vitam exercuerunt potentatum et tantam in suis prosperitatibus habebunt gloriam quanta virtute eos in magna delinquendi licencia possessores

fuerunt. Quantum ad secundum dicitur. Item miseris in hylaritate dando contra illos qui austeritatem in vultu et verbis ostendunt miseris antequam eos releuent in aliquo. Unde Augustinus: Qui dat ut careat tedio interpellantis non ut reficiat viscera indigentis et rem et meritum perdit. Ut autem elemosina detur cum hylaritate vultus et sermonis dulcedine. Tunc ille a quo pauper petit elemosinam debet attendere quis petat quia Christus in forma pauperis. Mathei 25: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Unde Ambrosius: Nonne ei sufficit mortem pauperi exhibere non cogitans? Item debet cogitare quod ipse cotidie a Christo petit regnum celorum dicendo: Adveniat regnum tuum. Et si negat Christo hoc modicum certe negabit sibi regnum suum. Proverbiorum 21: Qui obdurat aurem suam ad clamorem pauperis ipse clamabit et non audietur. Indignum enim est illi negare frustum panis a quo petit totum regnum. Pro quo sciendum quod secundum Gregorium homines tribuunt elemosinas suas et hoc dupliciter. Primum ponit in manibus dei. Et est illa elemosina que datur viduis et orphanis quibus mendicare pudet et qui magis defectum sustinent propter honorem temporalem. Principue que datur cognatis indigentibus. Ysaie 58: Carnem tuam ne despexeris. Unde in epistola: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem. Illud quod invite petit et verecunde accipit et accipiens glorificat patrem suum qui in celis est. Secundum ponit super pedes domini quia datur hostiatim mendicantibus et peregrinis et pauperes in hospitium propter deum colligendo. Unde Ysaie 58: Frange esurienti panem tuum. Augustinus: Elemosina est unguentum quo beata Maria

3 magdalena unxit pedes domini. Ter-
cij ponunt elemosinam in gremium domini. Et
est illa elemosina que datur infirmis
leprosis et cecis et captiuis et spi-
pue inter paganos. Unde Salomon: Ab-
sconde elemosinam in sinum pauperis.
4 Quarti sunt qui elemosinam in os domini
offerunt. Et est illa elemosina quam quis
per se ipsum offert ad altare de rebus iu-
ste acquisitis, ubi offertur corpus cor-
pus domini pro salute uiuorum et mor-
tuorum. Et idem est quando dat elemosinam
sacerdotibus qui corpus Christi su-
munt uel dat ad ornatum domus dei
ubi corpus Christi conficitur et tractatur. I-
ta accepta est quasi in os domini sicut po-
sita. Apostolus: Operemur bonum ad om-
nes, maxime autem ad domesticos fidei, i.
ad sacerdotes qui sunt illuminatores
5 fidei et doctores. Quinti ponunt se-
cus domini. Et sunt illi qui dimittunt offen-
sas et iniurias sibi illatas uerbo
uel facto in rebus uel in corpore. Augustinus:
Multa sunt genera elemosinarum quas
cum facimus adiuuamur ut dimittantur
peccata nostra, sed ea nichil est maius
quam cum corde dimittimus quod in nos quis
peccauit. Secundum quod tanta possit esse
offensa siue in rebus siue in fama siue
in corpore quod omnia peccata hoc dimitte-
rentur. Unde Luce 6: Dimittite et
dimittetur uobis. Gregorius in omelia: Cui-
se peccanti clementer indulserit, mul-
tum peccati uestigium in eius anima re-
manebit. Sexti uestiunt corpus et
est illa elemosina que datur et offertur
pro animabus defunctorum qui sunt in purga-
torio. 2 Mach. 12: Sancta ergo et sa-
lubris est cogitatio pro defunctis ex-
orare etc. Unde Bernhardus in sermo-
ne: Hec est retro compensatio ubi cum
corporibus exute cruciantur ad tempus

uel calore ignis uel rigore frigoris
uel aliquo genere doloris. Ad illos
nobis transeundum est post tempus
uel quibus iudicati sunt per hiriam te-
pro quo nondum. Cum animabus in pur-
gatorio conditis subueniendum debe-
quatinus de tanto. Hoc dicitur in dyalo-
de tempore sermone 160 etc. // Contra-
tum ad 3m documentum dicit Apostolus:
Honore inuicem preuenientes. Quia
quilibet debet presumere aliquid boni
in proximo suo siue sit manifestum siue
est occultum in quo ipse eum precel-
lit quare merito ab eo est honoran-
dus. Sed oppositum plures faciunt
qui proximos suos despiciunt. Et ge-
1 neraliter sit duplex causa. Prima est m
ignobilitas. Boethius: Omnium
dominus unus auctor est deus, omnes
nullus degener extat quia omnes
ab adam ergo fratres. Unde Augustinus de
doctrina Christi. Ego non interrogo te se-
natorem et pauperem ingenuum uel
equales in uestibus sunt, sed equales
nati fuistis. Ambo certe nudi.
Ambo miseri. Ambo uitam mise-
ram inchoantes. Et ob hoc ambo
plorantes. Item quia omnes homines ha-
bent unum principium et unum finem
ostenditur in ossibus mortuorum
quod ibi nulla est differentia inter nobilium
et rusticorum. Augustinus: Cum in aliquo
tempore ueterum sepulchra frangimus
ossa dominorum et nobilium non agnos-
4· cimus. Sed quid sit unde tangitur
1· nobilitas. Respondeo ex uirtutibus. Unde philosophus 6
primo politicorum. Virtus et malicia de-
terminant nobiles et ignobiles. Ego
hunc nobilem reputo qui nobili-
tate sua dignus. Et secundum hoc dicit
moralis dictator. Propter nostram ut neque
se de nobilitate iactat et alios homines
spernat. Unde Augustinus monet dicens

et nobiles non superbie muderibus
vel contra indices nec enim potest dice
re pro nostris nisi per fces Ez dicit
que sunt divites ille quod ostendit ho
minem esse nobilem De hoc ma
plenius habetur in discipulo de tem
pore. 121. Et Secunda causa est
paupertas quod divites et nobiles qui
ter pauperes despiciunt Ez antiqui
sancti patres in veteri testamento hoc
non fecerunt Unde Job 30 Si de
spexi pauperem eo quod non habet vesti
mentum sed vestis pauperis est despec
ta tamen persona hominis est honoran
da Ecce in novo testamento christus
honoravit pauperes ipsos in apostolos
eligendo unde j Cor. 1. Videte vo
cacionem vestram fratres quod non multi
sapientes secundum carnem non multi no
biles non multi potentes Sz que
stulta sunt mundi elegit deus ut con
fundat fortia Et ignobilia et
contemptibilia mundi elegit deus hoc
patet quia de piscatoribus et aliis
pauperibus plures elegit apostolos
De sapientibus autem huius mundi unum
scilicet gamalielem legis doctorem de
nobilibus bartholomeum et etiam pau
lum qui fuit civis romanus de divi
tibus zacheum de principibus et po
tentibus terre Nychodemum centurio
nem et regulum Et pauper homo
non est despiciendus sed honorandus
ostendit Gregorius dicens pauper non
reprehensibilis tenetur movendus sz fra
tri non debet Et vos reprehensio
nis nil lis venerari principe sit
intercessor debet Tertia causa est
peccati Sic christus non fecit sed gra
tus est ad peccatoribus et comedit
et bibit cum ipsis ut eos sic reduce
ret ad viam veritatis et salutis Sz
pharisei reprehenderunt hoc in eo

dicentes ad discipulos christi Mt 9
Quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vester Sic ergo christi
peccatores non sunt despiciendi sed caritative
amonendi ut de peccatis suis emendat
et peniteat ad Gala. 6 Si preoc
cupatus fuerit quis in aliquo delicto
vos qui spirituales estis huiusmodi instruite
in spiritu lenitatis Item qui hodie
est peccator cras est melior Luce 6 No
lite iudicare ut non iudicabimini No
lite condemnare et non condempnabimini
Quarta causa est feditas persone hoc
deus non fecit Ad Job ulceribus ple
num deus non sprevit Nec lazarum qui
iacuit ante ianuam divitis et canes
lingebant ulcera eius Et ipse post
mortem portatus est ab angelis in
sinum abrahe Sic et nos non debemus
personas deformosas spernere quod quibus
nostre si deus permisisset potuissemus ipsi
fieri scilicet scabiosus cecus claudus leprosus
et infirmus aut mutus Et ergo talibus
compaciendum est sicut vellemus nobis
compati Quantum ad quartum dictum
dicit hic Benedicite persequentibus vos bene
dicite male. Nondum est hic Et dicit
apostolus benedicite i bona precamini optate
in presenti et in futura vita Oppositum plu
res faciunt qui ex invidia solent di
cere percutiat te deus hic in presenti vel mo
riaris male in futuro Et tales qui
petunt talem vindictam super proximum non sunt
in caritate dei nec etiam habent caritatem
dei et proximi sicut in etiam apostolus Diligere
est alicui bonum velle sed talis volt
commodum malum proximi et ergo peccat
mortaliter prima Joh 3. Qui non diligit
fratrem suum manet in morte Sequitur
hic Et nolite maledicere Unde hic
prohibetur vitare maledicto sicut peccatum mor
tale. Et secundum thomam 2a 2e q 76 ma
ledictio dicitur quia mala loquitur est per
per quam prohibetur malum cont

10

aliquid in portando vel optando quod
quidem secundum se repugnat caritati proximi
ergo est peccatum mortale. Unde prima Corinthi
R vi. Neque maledici neque rapaces regnum
dei possidebunt. Et tanto grauius quan
to persona cui maledicitur magis adere
et eredi tenemur. Unde leuitici 20. Qui
maledixerit patri vel matri morte
morietur. Contingit tamen esse veni
ale vel propter paruitatem mali quod quis
alteri imprecatur vel propter affectum eius
qui profert dum ex leui motu vel ludo
vel ex subreptione aliqua talia verba pro
fert quia peccata verborum maxime mensurantur
ex affectu et intentione proferentis. Con
tra decretum. Deus indicat verba secundum in
tentionem proferentis. xxij q. j. humane. Unde
R tu ad quintum documentum dicitur. Gaude
te cum gaudentibus et flete cum fle
tibus. Ubi notandum quod gaudere de malis
et infortuniis proximi iniquum et per
uersum est. Quia illa congratulatio inui
die est gaudium dyaboli cum fit de
malo alterius. De hoc gaudio loquitur
Salomon prouerbiorum xvij. Qui in ruina letatur
alterius non erit impunitus. Mundi vero
peyores porcis. porcus enim porco quando
occiditur compatitur. Sed mundi opposi[illegible]
faciunt. Et in contrarium de bonis pro
ximi, vel quod malum est quod patet ex hoc
quod immundis comparatur ubi dicitur illuminari Job
iij. Pereat dies in tenebras. Tertio
mens mundi cum aliquo bono infligitur
de radio lucis contristatur. Deum ante dili
gentibus omnia cooperantur in bonum. Quia
gaudent de illis quibus bene et prospere
succedit in rebus in corpore et in anima.
Et compatiuntur illis quibus male succedit
siue in rebus siue in corpore siue etiam in anima.
Et hoc faciunt ex feruida caritate.
Et sic tota nexus celestia etiam
a quibus homo sit. Ergo mundis omnia
cooperantur in malum qui inuident
vel rident. Quia si bona vel

prospera tua affligunt. Et ante
mala et aduersa tua letantur. et hoc
semper eis cedit in periculum animarum.
Generaliter vero mundi in omnibus
locis et temporibus oculos habent ut
de singulorum hominum prosperitatibus tor
querentur. Nam quanta felicitas sit et gau
dia tanta maiora sunt gemitus. Unde
nota exemplum horribile de vitio episcopi
magdeburgensis quod in promptuario
P. 133

Nolite esse prudentes apud
vosmetipsos ad Romanos 12. Johannes de
sancto Geminiano. Filii huius
seculi a filiis regni in hoc distinguuntur
et distinguntur. Quia filii huius secu
li se ipsos prudentes reputant et exal
tant super alios se extollant. Filii autem regni
vero se ipsos ignaros et imprudentes
estimant et in nullo se extollunt
sed se aliis subiciunt in vera humilitate.
Et hoc est quod apostolus hic dicit
Nolite esse prudentes etc. Unde in
presenti epistola apostolus ponit quidem documenta.
Quantum ad primum sciendum
Et sapientia est triplex. Prima est sapientia
huius mundi quae diuiditur in tres partes
scilicet terrena humana et dyabolica. Ter
renam habent qui sitiunt temporalia bona
acquirere. Luce 16. Filii huius seculi prudentiores
filiis lucis sunt. Humana autem qui bonis ac
quiescunt ad delicias vitae. De qua
sapientia dicitur ad Romanos 8. prudentia car
nis inimica est deo. Unde hic quaeritur
utrum prudentia carnis sit peccatum mor
tale. Dico secundum Thomam 2a 2e q. lv. Quod pru
dentia carnis accipitur secundum absolutam
prudentie rationem ita scilicet quod in ea cur
nis constituatur ultimus finis totius
vite sic est peccatum mortale. Si vero
capitur secundum rationem particularis prudentie
sic est peccatum veniale. Contingit enim
quandoque quod aliquis inordinate afficitur
ad aliquid delectabile carnis absque

hoc quod auertitur a deo per peccatum mor-
tale et non constat fine totius vite
in delectacionem creaturis. Et sic ad
huius studium ad hanc delectacionem
consequendam est peccatum veniale. Si
vero aliquis circa creaturas afferat
in fine honestum puta cum aliquis
studet generacioni ꝑ ſ coitus suffi-
tacionem hoc nullum est peccatum // Pru-
dencia dyabolica habent qui pruden-
tes sunt ut faciant mala opera. bona
autem facere nesciunt aut nolunt
sed qui callidi sunt et sciunt decipe-
re homines et eos nocere in rebus eorum. Ta-
les enim volant cito facere quia se
iudici ferreo. Unde Augustinus Qua-
li dominum omnia conspicientibus tonantur
velud qui male per bona intenduntur ve-
dere vel mutuare Math. 24. Et
vini eo vidimus meis [illegible] [illegible]
[illegible] // Unde hic queritur inquantum
illi peccant qui nec emere nec vendere
noverunt nisi cum mendaciis et iura-
mentis // Respondeo secundum Raymundum. Quociens cum
decipiendi proposito vel mentitur sive
ter peccat mortaliter et tenetur ad
restitucionem // Ergo hoc non solum intel-
ligitur de magnis rebus sed etiam de
parvis scilicet in quibusdam hominibus qui ha-
bent vendere parvas res vel emere et
tamen in eisdem multiplicant mentiuntur
et periuriis decipiunt // Secunda est pru-
dencia spiritus que est bonorum spiritua-
lium de quibus dicitur Luce 10. Estote
prudentes sicut serpentes et sim-
plices sicut columbe // Ubi sciendum quod
tribus imitari prudenciam serpentis debemus.
Serpens enim totum corpus pro capite ex-
ponit. Et nos pro capite christo totum
corpus in tribulacionibus exponere debemus
ad Ro. 8. Quis nos separabit a
caritate christi etc. // Item serpens in ar-
to loco veterem pellem deponit. Sic et
nos in arto loco penitencie debemus
deponere vetustatem culpe // Item serpens
obdurat unam aurem terra et aliam
cum cauda. Sic et nos contra blandimenta
huius seculi munditie nos consideracione te-
rentes vite nostre et mortis nece // Est
notandum quod hec est vera prudencia
secundum Bernardum. Ut preterita mala defleas, pro
temporalia ista contempnas, pro eterna con-
cupiscas. Et hanc prudenciam dominus
nobis Deut. 32. Utinam saperent et
intelligerent ac novissima providerent. Ca-
perent scilicet preterita peccata quia sunt
amara Jer. 2. Vide quia amarum et ma-
lum sit dereliquisse te dominum deum tuum.
Malum est in culpa et Amarum in pe-
na. Item intelligerent presencia que sunt vana
Eccl. 1. Vanitas vanitatum et omnia
vana quod quamvis quedam sompnia sunt Eccl.
34. Sompnia extollunt imprudentes.
Talis erat ille dives cui dictum est Luce
12. Stulte hac nocte repetunt animam
tuam a te et que parasti cuius erunt. Item
novissima providerent scilicet eternitatem glo-
rie quantum ad bonos et iustos et
eternitatem pene quantum ad malos et
iniustos ut unusquisque sibi provide-
at in futurum in congregacione meritorum.
De quo Prov. 10. Qui congregat in mes-
se filius sapiens est. Tempus messis
vita est presens. Et qui multa per opera
virtutum congregat hic sapiens est. Et
hec est sapiencia formice que cum non habe-
at preceptorem congregat in estate quod
comedat in yeme Prov. 6. Vade ad for-
micam et disce o piger sapienciam. Secun-
do quod ea sunt que faciunt opera nostra bona
et placita coram deo. Primum est Ut
opera nostra fiant in caritate prout scilicet ut
illi qui sic faciant in caritate. 1 Cor. 16.
Omnia opera nostra in caritate fiant.
Unde merces. Opera extra caritatem non
valent ad vitam eternam 2 q. 1 Odi
Secundum est Ut homo operetur cum
perseverancia Mt. 24. Qui perse-//

9

severavit usque in finem salvus erit. Gregorius I moral. Incassum bonum agitur si ante vite terminum non perseverat. Bern. Tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habebit. Unde ysid. de summo bono. 3 Non est beatus qui bonum facit sed qui incessanter facit. || Tercium est ut intencio sit recta ut omnia que facis ad laudem dei et pro salute mea totis viribus ordinentur. Red' super omnia necessarium est eo quod ex intencione omnia que facis a deo iudicantur. Luc. xi. Si oculus tuus simplex fuit i. intencio totum corpus s. opera tuorum lucidum. Ambros. Intencio operi tuo nomen imponit. Unde in decretis. Deus iudicat intenciones de pe. dis. i. Si enim

|| R || Quantum ad 2m documentum dicit: Nulli malum pro malo reddentes. Ubi sciendum quod aliqui reddunt mala pro malis et hoc prohibet apostolus hic d. Nulli malum pro malo reddentes. Sed aliqui reddunt bonum pro bono et hoc est bustos moralitatis quia racio hoc dictat. Alii aliquod bonum pro malo. Et hoc est perfecte caritatis sicut xpus qui oravit pro crucifixoribus et beatus stephanus pro lapidantibus. Sic et veri xpiani imitari debent xpm et sanctos. Alii aliquod malum pro bono et hoc est proprie malignitatis sicut iudei xpo fecerunt quibus predicavit et infirmos eorum sanavit. Et ipsi reddiderunt ei malum pro bono. Sic eciam ad hunc plures xpiani faciunt xpo domino unde ipse conqueritur in ps. 2l. Retribuerunt michi mala pro bonis et odium pro dilectione mea. Hoc sic probatur. Natura sibi dat homini pulcritudinem tu eam contollis et lucupidatur. Si divicias tu abuteris. Si paupertate et infirmitates indisparians erit 2B || Quantum ad 3m dicit: providentes bona non tantum coram deo sed eciam coram hominibus. Racio non solum debz

hō tamen ab offensa dei primo eciam a scandalo proximi. Unde hic gri. vtze. Scandalum semper sit peccatum. Ad hoc dicit thomas 2a 2e q. 43. Quod duplex est scandalum s. passivum et est in illo qui ex dicto vel facto proximi scandalizatur. Et tamen semper est peccatum. Non enim scandalizatur nisi inquantum aliquid ruit spirituali ruina que est peccatum. Dicit eciam thomas ibidem. Et scandalum passivum potest esse veniale quando homo impaciens tantum puta ad aliquod commodinatum dicto vel facto commovetur motu venialis peccati. Quandoque vero est peccatum mortale quando homo ex impaciencia turbida puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum vero activum est in eo qui ex inordinato dicto vel facto proximum suum scandalizat. Et hoc potest fieri tribus modis. || Primo cum quis venialiter peccat et per hoc eciam volt alium inducere ad peccandum venialiter et sic ille facit duo venialia peccata unum respectu sui ipsius aliud respectu proximi. || Secundo cum quis eciam peccat mortaliter et per hoc intendit aliud inducere eciam ad mortaliter peccandum et sic facit duo peccata mortalia unum respectu sui ipsius aliud respectu proximi. || Tercio qui contempnit salutem proximi ut pro ea conservanda non pretermittat facere quod sibi libuerit sive in loquendo sive in faciendo. Sed qui hoc quod sibi libet facere scit fieri in periculum et in casum proximi et tamen preponit saluti proximi sicut mulier ornatum sui corporis et tamen ex inde peccat. Unde Exodi 22. Reddet dampnum qui ignem attendit. Glo. Ignem peccati accendit qui pro exemplo malo proximum corrumpit. Item Exod. 21. Si quis aperuit cisternam et foderit et non operuit eam

ceciderit quia bos vel asinus in eam
reddet dominus cisterne pretium iumenti
ubi glosa Cisterna aperitur qui inmi-
liter ornatur in ea vel non cooperta
bos vel asinus cadit quando occasione
pulchritudinis quam male intuente of-
fendit aliquis perit. Et in hoc
capitulo cum penitentie de mali inmite
ut requiritur Unde dicitur in decretis Qua-
tes occasione scandali rei sit pe-
nitentium 191 hy. Unde Mt. 18 Ve ho-
mini per quem scandalum fiet // Circa
tum ad quartum dicit In omnibus
hodibus pacem habebitis Ubi non do-
Et pacem denique diligit quia tempore
valde placet Insignum huius nasci
voluit tempore pacis Circa pie de
virgine natus est ut ostenderet se dili-
gere pacem et habitare in pacificis
ps. 14 In pace factus est locus eius
// Secundo dat discipulis suis in
vita primi doctrinam pacis Luce x
In quamcumque domum intraveritis primo
dicite pax huic domui. Tertio
pro hereditate et testamento eligunt
Jo. 14 pacem meam relinquo vobis
pacem meam do vobis Unde Augustinus de
civitate dei pacem qui testamentum
eius noluit observare // Quarto quia
tam emit quia 33 annis laboravit
et ultimo mortuus est ut pacem fa-
ceret Et insignum eius post mortem
apparuit discipulis et ultimo mortu-
us est ut pacem faceret Et insignum huius
post mortem apparuit discipulis suis dicens
pax vobis et ostendit eis manus et
pedes // Quinto quia eos filios suos nominat
Mt. 5 Beati pacifici quoniam filii dei vo-
cabuntur Unde Gregorius in pastorali Si
dei vocabuntur filii qui pacem faciunt
procul dubio sathane sunt filii qui ipsam
confundunt. Sed pacem timet demon-

nantes dyabolus vigilans gemens
quia de ipsis omnibus multos in laque-
um rapit ruine Sed concordes et unani-
mes inter venientes in domo dei gratias deo
et sibi per vinculum caritatis sine dolore
sine livore sine timore dyabolo inferunt
// Unde sciendum quod utrum discordia sit
peccatum mortale. Respondeo secundum thomam 2a 2e
q. 37. Cum aliquis scienter et ex in-
tentione dissentit a bono divino et a bono
proximi in quo debet consentire hoc est peccatum
mortale ex suo genere propter contrarietatem
ad caritatem licet primi motus huius dis-
cordie sint peccata venialia propter imperfecti-
onem actus Sed cum intendit aliquorum proprie
1 aliquod bonum quod pertinet ad honorem
dei vel utilitatem proximi cum unus exis-
timat hoc bonum esse Alius autem
habet contrariam opinionem non est peccatum
nisi huiusmodi discordia sit cum errore
2 circa ea que sunt de necessitate salutis
vel per pertinaciam indebite habeatur
Ex quo ex patet quod discordia quandoque est
3 ex peccato utriusque puta cum uterque disse-
tit a bono alterius et diligit bonum
proprium // Quantum ad quintum doc-
tor hic applicat quod de inimicis nostris
non denique nos vindicantes d. Ro. nosmet-
4 ipsos defendentes Sed denique ipsis bene-
ficia impendere d. C. eius dimitte in n
il. lx // Unde Tullius utrum appetitus
vindicte contingit sex modis // Primo ap-
petendo vindictam de illo qui non me-
ruit sed propter innocentem // Secundo quando ap-
petit plus quam illa demeruit // 3o quando
non debito ordine quia per se vult vindi-
care et non deus committere quia hec rapinam
committit et deum contempnit Contra quod scrip-
tum est Deute. 9 Mihi vindictam et
ego retribuam dicit dominus // 4to quia
non ex debito fine quia appetit ut solum
vindicetur non ut bonum iustitie con-
servet et ut vitium emendet // 5to

quam proximo nostro et vindicte nimis fe-
nit ab ira vel ab odio sic quod non mi-
neat sanctum contra preceptum dei et contra
caritatem proximi. Quandoque autem illorum
proximus motum quasi deliberate fit tunc ff 2
6 est mortale. Sexto quod intentio vindi-
cantis feratur primo ad aliquod bo-
num puta ad emendationem pecca-
toris vel saltem ad coertionem eius
et quietem aliorum ad iustitie con-
servationem et dei honorem. Et tunc
vindicatio non est peccatum sed est li-
cita aliis debitis circumstantiis ser-
9 vatis. Unde quidem. Tunc sancti
in celo manentes cum deo vindic-
tam de inimicis expectant. Ut Apoc.
19. Clamant enim sancti dei vindic-
tam domine sanguinis servorum tuorum qui effusus est.
10 Secundo quod isti sancti iam in conspectu
dei et caritate sui coniuncti vident
voluntatem ipsius. Et ideo ab ipso
accipiunt quod eum velle facere noverunt
et de ipso bibunt quod ab ipso sumunt
petunt autem vindictam duobus mo-
dis de inimicis et contra eam carentes
ut scilicet qui ad vitam eternam sunt pre-
ff destinati convertantur a malo ad bonum.
Cum vero persistente a deo damp-
nandi sunt moriantur et peccare
desistant. Unde Ambrosius super Lucam.
Melius esset peccatoribus male a-
gentibus cito mori quam ut impie-
tates suas verterent ut per hoc
minorem penam in inferno habeant
ubi unusquisque secundum qualitatem
operum suscipiet magnitudinem et
multitudinem penarum. Quod petere
utique caritatis est et misericordie.
Non autem putandum est quod illi sancti
in celo corporeo pro voce emit-
tunt sicut nos qui aerem flatum
in ventre tenemus per organa

gutturis. Sed vox illorum desiderium
illorum et caritatis quorum illorum clamat
quanto magis desiderio flagrat. Psalmo. De-
siderium cordis eorum audivit auris
2 tua. Secundo petunt de corporibus in-
dicta quod optant venire diem communis
iudicii et resurrectionem suorum cor-
porum. Unde signum huius tempus loquens
de extremo iudicio inquit dominus Luce.
His fieri incipientibus respicite
et levate capita vestra quoniam appro-
pinquabit redemptio vestra id est glo-
rificatio anime et corporis et
retributio omnium meritorum. Unde Augustinus.
Resurgent igitur corpora sanctorum
sine ullo vitio sine ulla deformi-
tate sine ulla corruptione sine onere
difficultate in quibus erit tanta fa-
cilitas et agilitas quanta felicitas.
11 Unde Crisostomus. Quod inimicos benefa-
cere debemus et ut sit nobis re-
collectio. Hoc quere in principio.

4.22

Nemini quicquam debeatis nisi
ut invicem diligatis. Ro.
13. Joh. de Sancto Gem. Si
ad invicem dilectionem habuimus proximo
nostro et omni debito satisfaciemus
et in hoc mandatum dei implebimus.
Legitur de sancto Iohanne apostolo et
evangelista de quo testatur Jeronimus. Cum
usque ad ultimam senectutem Ephesi
moraretur et vix inter discipulorum
manus ad ecclesiam deferretur.
Nec plura verba dicere posset ad quaslibet
pausas hoc dicebat. Filioli dili-
gite alterutrum. Tandem fecerunt quod
tedio erant discipuli quare semper eadem
verba replicaret. Respondit enim ei
magister quare semper eadem loqueris.
Quare respondit quia preceptum
domini est. Et si hoc solum fiat sufficit.
Unde pro perfectione illius precepti

salvator dicebat Joh xv Hec mando vobis ut diligatis invicem et apostolus ait paulus hic volens tradere modum quo valeat satisfacere de debito quo sibi tenemur dicit nemini quicquam debeatis nisi ut. Vnde in predicto sermone tria sunt dicenda. Primo de caritate proximorum. Secundo aliquos. 3o quomodo. Quantum ad primum nondum. Sciendum primo debemus diligere per naturalem et spiritualem fraternitatem. Omnes enim sumus fratres ex uno patre et ex una matre scilicet ab adam et eva geniti corporaliter et etiam per spiritualem fraternitatem. Nati enim sumus ex uno patre scilicet deo et matre ecclesia. Et baptisati sumus in uno baptismo et effecti sumus filii dei et fratres spirituales. Iuxta illud psalmi particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua et in spe coheredes regni celestis. Item apostolus Si filii et heredes. Item Si quis amat fratrem suum qui secum hereditatem potitur et dividit quantum debet amare fratres illos qui hereditatem suam ei augebunt. Quando enim plures salvi erunt tanto plura gaudia habebunt electi in celo. Vnde etiam magister sententiarum libro 4o dist 49 quod pre caritate que in singulis erit perfecta tunc quisque gaudebit de alterius bono quantum gaudebit si haberet in seipso. Ideo hic sciendum quod caritas proximorum habet quidem gradus. Primo quibus diligere debet uxorem et parentes. Vnde hic queritur utrum vir teneatur plus diligere uxorem quam parentes. Respondeo secundum thomam 2a 2e q 26. Vnde Gen 2o dixit adam postquam creaverat eve que fuit de coste ade formata hoc os ex ossibus meis et caro de carne mea. quapropter vir relinquet patrem et matrem et adherebit uxori. Sed tamen sciendum quod vir tenetur plus honorare parentes quam uxorem et plus intelligendum de reverentia. Vnde queritur utrum ordo religionis pretermittenda sint pietatis officia in parentes. Respondeo secundum thomam in quolibet aliter dicendum est de illo qui nondum religionem intravit. Et aliter de illo qui iam in religione professus est. Qui enim nondum intravit religionem si videt parentes suos et indigentes et quibus per alium subveniri non possit non debet religionem intrare sed tenetur ipsis misereri magis quam absque periculo peccati possit in seculo manere. Si vero per alium possit parentibus suis subvenire licitum est quod relicta religionem intrare. Postquam vero aliquis in religione est professus iam mortuus est mundo. Vnde per spiritualem mortem debet obligari curam impendendi parentibus sicut est debili generet per mortem corporalem. Et ideo non peccat nec contra preceptum agit si in claustro permanet sub precepto prelati prout administratore permissa. Est autem filius impotens ad reddendum debitum ministerium absque sua culpa. Debet tamen quantum potest salva sui ordinis obedientia satagere ut per se vel per alium suis parentibus subveniat secundum suam necessitate fuerit. Secundo tenetur quis diligere pueros et cognatos. Vnde hic queritur utrum magis tenemur diligere meliores quam nobis coniunctos. Respondeo secundum thomam 2a 2e q 26. Melius quidem esse [illegible] deo propinquiorem magis bonum ei ex caritate debemus velle secundum maiorem gradum beatitudinis. Cum ad caritatem pertinet ut velit dei iustitia servare secundum quam meliores perfectius beatitudine participant. Sed tamen hos magis intense vel diligentius diliget coniunctos et hoc triplici ratione. 1 Primo quia intensiori affectu diligit ad idem bonum ad quod dicit eos quia meliores ad magis bonum. 2 Secundo quia magis coniunctos aliquis esse nobis coniunctos secundum naturalem originem a quo discedere non potest. Sed bonitas secundum quam aliqui appropinquant deo potest accedere augeri et minui. Et ideo possum ex caritate velle quod ille qui est coniunctus michi sit melior altero et sic ad maiorem beatitudinis gradum pervenire possit. 3 Tertio quia pluribus modis sive causis coniunctos diligimus. Nam ad aliquos non habemus nisi amicitiam caritatis. Sed ad coniunctos nobis habemus aliquas alias amicitias secundum modum coniunctionis eorum ad nos ut quia aliquis est consanguineus vel coniunctus vel conciuis. Unde secundum quodcumque aliud honestum diligi licitum. Et ita ex caritate pluribus modis et causis magis diligimus coniunctos nobis. Tertio videndum quomodo diligere domesticos suos. Et extraneos. Quarto inimicos Matth. 5. Diligite inimicos vestros. Quantum ad 4m notandum sunt hic aliqua questiones. 4 Et primo utrum diligere inimicos sit de necessitate salutis. 1.o Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 25. Dilectio inimicorum potest tripliciter considerari. Uno modo ut diligantur inquantum sunt inimici et diligere malum alterius. Alio modo quantum ad naturam sive in universali. Et sic dilectio inimicorum est de necessitate salutis ut scilicet aliquis diligens deum et proximum ab illa generalitate inimicos non excludat. Tertio potest considerari in speciali ut scilicet aliquis in speciali moveatur motu dilectionis ad inimicum. Et hoc non est de necessitate salutis absolute. Quia nec movetur motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter. Est de necessitate salutis nisi secundum animi preparationem ut scilicet homo habeat animi preparationem ad hoc quod singulariter inimicum diligeret si necessitas occurreret. Sed quod absque necessitatis articulo diligat pertinet ad caritatis perfectionem. M 4 Secundo hic queritur utrum sit de necessitate salutis quod quis in isto signum vel effectus dilectionis exhibeat. 1.o Respondeo secundum Thomam ubi supra q. 25. Et sicut homo in genere tenetur inimicum diligere et non in speciali. Ita signa dilectionis que in genere proximis conveniunt exhibere ut videlicet etiam inimicis exhibere puta ut aliquis orat pro omnibus fidelibus vel pro toto populo vel quando aliquod beneficium impendit toti communitati tunc etiam hoc inimicis exhibere et de necessitate precepti et contra facere pertinet ad livorem sive vindictam. Specialia vero signa dilectionis vel beneficia que quis exhibet particulariter aliquibus personis quod inimico exhibeat non est de necessitate nisi secundum animi preparationem ut scilicet in necessitatis articulo subveniat secundum illud Ro. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Sed hoc facere preter necessitatis articulum pertinet ad caritatis perfectionem per quam aliquis non solum cavet a malo vinci sed vult vincere in bono malum. Quia scilicet non solum cavet ne propter iniuriam sibi illatam provehatur ad odium sed etiam intendit inimicum suum ad amorem pertrahere. M 1 Tertio queritur utrum liceat pro conservatione rerum temporalium hominem raptorem aut aliud inimicum occidere. 1.o Respondeo secundum Heinricum de Frimaria. Cum quis pro conservatione proprie persone liceat in necessitate inevitabili aliud occidere ne ab ipso occidatur hoc tamen mutilatione est licitum pro rerum temporalium conservatione quia vita proximi preferenda est rebus fortune. ¶ Quantum ad 2m nota exemplum de beato Paulino qui se ipsum posuit ad occidendum pro caritate proximi. Require in principio.

C. vj.

Induite vos sicut electi dei ad Coll. 3. Primus homo vestem innocentie perdidit quando fructum prohibitum comedit. Hanc vestem recuperat homo in baptismo. Unde in signum huius baptizati candida veste induuntur. Et beatus est qui hanc vestem recuperatam in baptismo custodit. Unde Apoc. 16. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet et videant gentes turpitudinem eius. Et ve illis qui hanc vestem amiserint. Ideo monet apostolus illos qui vestem spiritualem amiserunt reinduere eam dicens Induite vos sicut electi dei. Unde apostolus in predicta epistola ponit quinque vestimenta ¶ Primum quibus debemus esse induti ne nudi appareamus ne dicatur nobis illud Math. 22 Amice quomodo huc intrasti etc. ¶ Primo vestiendum quod vestes corporalium et caritas [illegible] quia sicut vestes tegunt calefaciunt et ornant [illegible]. Sic caritas peccata operit delicta. j pe. 4. Caritas operit multitudinem peccatorum. 2o calefacit desideria. Job 37 Nonne vestimenta tua calida sunt. Insignium huius caritatis dicitur ignis. Luce 12 Ignem veni mittere in terram. ¶ 3o decorat animam quam [illegible] huius de caritate tamen huius de pulchritudine habet in gratia et in futuro in gloria. Unde quilibet pro qualitate caritatis quam hic habuerit habebit in premio claritatem. Unde alius alio videbit clarius quia ardentius et gaudebit intensius quia clarius deum ab uno quam ab alio videatur. Nota in [illegible] quod est omnibus ad videndum tamen quanto purior et clarior est oculus tanto et radius solis intime effulget. Exemplum in fonte quod pluribus ad unum fontem venientibus qui plus sitit plus et delectabilius bibit. ¶ Exemplum in cibo: Certum quod quanto quis plus esurit tanto in cibo plus delectatur qui offertur. Sic a pluribus licet omnes in patria deum contemplantur non tamen equali modo fruuntur. Unde Augustinus: Quanto nunc amor dei fuit ferventior tanto eius visio erit serenior. Et quanto hic desideramus ardentius tanto eum ibi videbimus clarius.

¶ Quantum ad 2m docet nos hic apostolus offensas remittere. Donantes vobismetipsis si adversus aliquem habetis querelam etc. ¶ Unde hic quod primo vere remittere petentibus veniam tenemur remittere. Hoc secundum Petrum super 3. li. sententiarum. Ex iniuria vel dampno alteri dato solet in eo tamen fit vera [illegible] sicut homo in effectu et actu [illegible] remittere. ¶ Primum tenemur hoc statim remittere et nunquam in corde habere. ¶ 2m tenemur hoc remittere veniam rogantes penitenti, parato emendare secundum facultatem suam, de quo potest intelligi quod dicitur Luce. 17. Si peccaverit in te frater tuus et septies in die conversus fuerit ad te dicendo penitet me, dimitte illi. Unde [illegible] si non petat tamen ad hoc tenemur homini remittere secundum rancorem; et intellectum illius secundum [illegible] pro divina [illegible] secundum rancorem. Sed divina sunt secundum [illegible] ex quibus potest familiariter cognosci illum gerere rancorem contra aliud. Sicut si plus locutus est ei salutando et iam non facit. Tales secundum [illegible] remota. Ex quibus non potest familiariter compati ordinem gerere. Unde si tocies non loquitur ei vel non tenetur ad domum eius vadit ut prius tamen bonum intendit sic ut alius emendet se et recognoscat se deum et proximum offendisse et petat veniam et sic licitum est

Sed tamen secundum doctorem vnc quod inimici
antem non tenetur dimittere nisi ille
sibi satisfaciat secundum posse suum. Unde
in decretis: Nemo tenetur dimittere iniu-
riam nisi sibi sit satisfactum. 23 q. 4
Si illic. Secundo lex quid, utrum of-
fensus tenetur petere veniam ab offendente.
Respondeo quod non, nisi in casu quo proba- 3
biliter cognosceret quod si peteret veniam
et se humiliaret alius leniretur qui
alias in illo non vult desistere a ira
cordis concepto, tunc tenetur. Tertio lex
quid, utrum magis sit meritorium dili-
gere inimicum quam amicum. Respondeo secundum
Thomam 2a 2e quod magis est merito-
rium diligere inimicum quam amicum. Causa
plus deus est quod qualiter diligitur inimi-
cus. Sed dilectio amici potest habere aliam
causam quam deum, quia potest diligi propter
consanguinitatem vel propter aliquod beneficium
sibi impensum ab amico. Sed inimicus
non diligitur nisi propter deum. Et facere
rem aliquam penitus propter deum est magis
meritorium igitur etc. Quantum ad 2m
documentum dicit hic apostolus: Super
omnia autem habete caritatem quod est
vinculum perfectionis. Unde sciendum quod 3bus
de causis debemus appetere caritatem. Primo quia est
virtus nobilissima secundum Thomam 2a 2e qui
dicit: Caritas excellentior est omnibus
virtutibus, ergo comparatur auro quod excellit
omnia metalla. Sic et caritas ceteras
virtutes. Augustinus: Sicut deus est summum
bonum sic caritas que deus est omnes
virtutes perfectissime in se habet. Secundo
quia est virtus sublimissima quia unum
pater noster in caritate dictum plus valet
quam omnia opera a principio mundi facta
contra caritatem. Unde in decretis: Opera
extra caritatem non valent ad salutem. 2a
q. 1 odi. Et apostolus: Si distribuero omnes
facultates meas pauperum etc. Bernardus:
Caritas est bonum in qua nec opus
minimum despicitur et sine qua nec
maximum acceptatur. Insuper aliena
opera propria facit per participationem.
Unde in psalmo: ego participem fac me de-
us omnium timentium te. Bernardus: Caritas
est virtus largissima que facit omnia
communia. Tertio quia sine caritate nullus
salvatur, sed cum ceteris virtutibus potest
quis dampnari sicut cum fide. Unde apostolus:
Si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam caritatem etc. Com-
plures dampnati sunt qui habuerunt
plenam fidem sed non secundum fidem vixe-
runt. Similiter de spe. Unde prov. 10: Spes
impiorum peribit. Et etiam de castitate.
Unde Jeronimus in epistola: Castitas sine cari-
tate lampas sine oleo non lucet.
Tolle caritatem et castitas non pla-
cet. Insuper omnia sacramenta habere
potest, scilicet baptisma, confirmacionem,
eukaristiam, omnes ordines et matri-
monium etc. Et tamen dampnari. Augustinus:
Habere omnia sacramenta et malus esse
potest. Quantum ad quartum dicit hic:
Et pax dei in cordibus vestris exul-
tet. In his verbis inducit nos apo-
stolus ad servandam pacem et ad
precavendam contencionem. Causa con-
tencionis est pessimum dyabolicum. Unde Au-
gustinus: Nichil est similius artibus
demonum quam litigare. Ex quibus
verbis iam dictis patet quod similem dya-
boli et non dei se ostendit qui li-
benter litigat. Thimo 2o: Servum
dei non oportet litigare sed mansue-
tum esse ad omnes. Insuper discordiam
facientes et cum proximo litigantes non sunt
filii dei sed etiam filii dyaboli.
Unde Gregorius in pastorali: Si dei
vocantur filii qui pacem faciunt, pro-
dubio sunt filii sathane qui pacem

consuetudinem Unde habetur glossa extra
contentio sit peccatum mortale Raymundus secundum
Hermannum de Schilding. Contentio
est impugnatio veritatis cum confi-
dentia clamoris et ut sic semper
est peccatum mortale quia expugnat
veritati et paci que est effectus cari-
tatis unde sine qua caritas haberi
non potest Quia secundum Augustinum in
libro de pastore Superbia parit dis-
sensionem caritas unitatem. Et ideo
quod contentiosos per sacros canones
prohibetur ordinari Ut patet dist. 86
quod non fieret nisi contentio esset
peccatum mortale Si tamen aliquis
impugnaret falsitatem vel defen-
deret veritatem cum non moderato cla-
more posset esse veniale peccatum nisi
tanta esset moderatio quod esset de
hoc scandalum magnum tunc etiam
possit in hoc quis committi peccatum mor-
tale maxime quando impugnatio falsitatis
vel defensio veritatis non pertinet
ad confirmationem vite vel ad veritatem
fidei Si autem pertinet ad aliquod
istorum non credo quod simpliciter possit ex
hoc aliquis incidere in peccatum mortale
Quantum ad quintum dicit apostolus
Grati estote ubi apostolus hortatur
nos ad regratiandum deo de beneficiis
ab eo receptis Quia gratiarum actio
est honoris a deo receptoris aug-
mentatio Nam si deum magis
provocamus ad dandum maiora si de
receptis gratias referamus unde Crisostomus
super Mattheum Gratiarum actio est moti-
vatio ad plus dandum Et ideo optimus
modus est impetrandi de receptis gra-
tias agere Et per oppositum qui non
agunt gratias de receptis puniri et pri-
vari iam habitis Augustinus Qui deus
dedit grate tollit ingrate Et non
sunt digni de accipiendis in futurum
Bernardus Accipere indignus est qui fuit
de acceptis ingratus. Item sciendum quod
dei beneficia sunt multiplicia et quasi in-
finita et non hoc quotidiana Unde Ber-
nardus Dignum est semper gratias agere quia deus
numquam cessat nobis benefacere Augustinus
Tanta bona fecit tibi deus quod si mil-
le annos mille mortes sustineres deberes
quod ex minimo pro bono non posses ei satis-
facere cum debita gratiarum actione Er-
go quibus nostre diligentie debemus attendere
ad beneficia dei et non abuti sed deo
gratias referre Unde etiam Augustinus de civitate
dei Quicumque beneficia dei non videt
cecus est qui non laudat ingratus est qui
reluctatur insanus est Sed circa
hoc dicit glossa extra ingratitudo sit pec-
catum mortale Raymundus secundum Thomam 2a 2e
q 107 Ingratus dicitur aliquis dupliciter Uno modo
per solam obmissionem puta quod non re-
cognoscit vel non retribuit vices pro
beneficio accepto Et hoc non est semper
peccatum mortale Nam sic magis pretermittit
id ad quod non tenetur non peccat mor-
taliter sed venialiter Quia procedit ex
negligentia quadam seu ex dispositione
quam tunc esse mortale propter interiorem
contemptum aut si prohibet illud quod
ex necessitate debetur benefactori pro sic est
sed in aliquo modo gradum Alio modo
dicitur ingratus non solum quia pretermit-
tit sed contrarium agit Et hoc etiam secundum
conditionem eius quod agitur quandoque est peccatum
mortale quandoque veniale Vide Ioh.
de multis qui alterum multum indulgent
occasione [illegible] Require in principio

q. 17 Sic currite ut comprehendatis primi Cor.
9 Ioh. de sancto geminiano in prima
epistola Multi sunt qui currunt
ut fidem recipiant et propriam professionem

tant. Sed pauci sunt qui palmam victorie temporis accipiant. Hoc est enim quod hodie in ewangelio legitur Math. 20 Multi sunt vocati pauci vero electi. Ro ad 2B

2 quare palmam victorie temporis non accipiunt vero esse quod deum vocibus sermonibus moribus fugiunt. Et igitur palmam quam quondam sit tercium dabatur unius hoc. Tunc illud quod corde tenemus dum et ore proferamus opere ostendere debemus. Hoc est quod apostolus ait in verbis dicens: Sic currite ut comprehendatis. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de cursu presentis vite. Secundo de castigacione corporis. Tercio de premio.

M

1 Primum est ad primum principale. Et possumus distinguere tres species cursus secundum proprietates. Primus est cursus ad mortem corporalem. Hoc cursu currunt omnes nobiles et ignobiles divites et pauperes iuvenes et senes. Quilibet facit cotidie unam dietam ad mortem. De hoc cursu dixit Augustinus: Nichil aliud est tempus presentis vite quam cursus ad mortem. Ex quo patet quod satis fatuum est sectari gaudium in mundo isto cum potius fletus predicat ad eos qui ad mortem tendunt quam risus. Ideo recte dictum est a Salomone: Risus reputavi errorem. Ita fatuum est laborare pro longa vita valde enim fatuum est ad locum aliquem properare et nolle ad eum pervenire. Augustinus: Sententia nam quadrupede currunt homines ut dum veniat. Ipsum enim dum vivere quere si ad finem videre studia tua contraria sunt ambulare vis et pervenire non vis. Secundum est cursus nature inveniuntur in sole. Ecclesiastes primo: Oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur. Quam cito sol ortus est tam cito incipit ad occasum. Et quod currit ambiens ambulare redit ad locum unde processit. Sic homo currit quam cito natus est incipit currere ad mortem. Et cum mortuus est redit ad auctorem suum deserti ut penam vel premium habens ab eo recipiat.

2 Secundus cursus est malorum hominum qui sunt in peccatis mortalibus. Et iste cursus nichil aliud est quam festinacio ad penam eternam. Augustinus: Non ad mortem eternam festinant qui non solum de die malum operantur sed eciam de nocte. Licet eciam solum festivalibus diebus sed eciam festinis illis quibus peccatores mortales cotidie dietam unam faciunt ad infernum. Unde ps. 29 Appropinquaverunt usque ad portas mortis. De hoc cursu dicit Sapientia: Magna confusio ardentius desiderat seculares pecuniosa quam utilia. Sed velociter currunt ad penam quam ad gloriam. Willhelmus: Vere genus absque consilio est et sine prudencia utinam saperent et intelligerent et novissima providerent utinam cognoscerent et considerarent pedes suos in via salutis.

3 Tercius est cursus bonorum hominum qui in gracia sunt et isti quotidie faciunt unam dietam ad gloriam celestem. Unde Bibl. Qui amat ardencius currit velocius et pervenit cicius. Unde velociter currendum debemus nos invitare tria. Primum est temporis brevitas. Ita breve enim tempus quod restat hominibus vel forte nullum. Job 14 Breves dies hominis sunt. Tempus enim quo modo vivimus et eternitas vite future se ad invicem comparantur sicut vigilia precedens ad festum sequens. In vigiliis enim solent homines ferventer laborare. In diebus autem festivis tunc quiescunt et vacant solaciis diviciis. Isto modo moraliter ista vita nunc est vigilia magna nos ieiuniis oracionibus et laboribus

vacare debemus. Unde apostolus 2 Cor. 6: In omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros etc. Secundo in vita futura erit festum et solemnitas sempiterna. Et tunc vacabimus quieti, gaudio et letitie. Unde Apoc. 14: Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Secundum est multitudo et sublimitas personarum expectantium nos, concurrentes nec etiam expectantes magnum nostrum. Unde Bernardus: Expectant nos angeli ut eorum ruina instauretur. Sancti vero ut eorum gloria compleatur. Deus pater quod filios et heredes quos super omnia bona constituat. Filius quod fratres et coheredes ut fructum nativitatis et redemptionis passionis patri suo offerat. Et ipse spiritus sanctus qui est caritas et benignitas in qua pater nos predestinavit. Velut dubia qui predestinationem suam velit impleri. Quia veloces et letantes curreret aliquis ad aliquem locum promptus semel si sciret se expectandum a beata societate magna. Tali ergo currere debemus ad locum deliciarum ubi non solum magna sed Christus et omnes sancti et angeli nos expectant et parati sunt letanter et affabiliter nos suscipere. Tertium est bravium promissum quod est corona eterna de qua dicit apostolus: Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant nos autem incorruptam. Corona est istud bonum quod oculus non vidit nec auris audivit. Ipsa est dulcedo illa quam mirabatur David in ps. 30: Quam magna multitudo dulcedinis tue domine etc. Pro singulis enim horis quibus homo in seculo isto in parvo tempore laborabit fruetur pluries per centum milia annorum in futuro illis deliciis quibus fruuntur reges. Quantum modicum esset centum annis in parvo tempore laborare pro fruendo unius hore in futuro. Unde dicitur in ps. 89: Quoniam mille anni ante oculos tuos etc. Unde Iacobus in epistola: Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet quo gloria eternitatis acquiritur. Sed de comparatione lapsus: Si cottidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam parvo tempore tollerare pro eo ut Christum videre in gloria venientem et sanctorum eius numero sociari, non erat dignum pati omne quod triste est, non ut tanti boni tanteque glorie participes haberemur. Tertium ad eam pertinet illius sermonis dicit apostolus: Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Unde per hoc apostoli etiam debemus castigare corpora nostra per abstinentiam et sobrietatem. Et sic ad hoc inducimur per naturam specialem. Natura inter omnia animalia que sunt magnum corpore nudum os habet homo et debilem natura et quod os hominis non est primo ad escam. Ita natura prius docet quod nisi necessitate sumit non adhuc habere ac carnem et hoc natura docet eum. Sed natura in paucis et minimis contenta. Secundo exemplo Christi et sanctorum. Nam Christus ab ingressu huius mundi usque ad eorum abstinentiam et duritiam tenuit. Natus est in yeme in media nocte et positus in presepe pannis involutus super fenum. In vita magna talia neque habere poterant sed tamen transibilia habuit. Unde nisi agnum pascalem comedit. Unde Bernardus: Christus qui non fallit neque magis fallitur eligit quod tamen molestius est id ergo utilius est magis eligendum. Et quicquid aliud docet vel suadet ab eo tanquam seductore cavendum est. Item precursor Christi Johannes baptista locustas et mel silvestre in heremo comedit vinum et siceram non bibit et veste de pilis camelorum portavit. Item sanctus Nycolaus quarta et sexta feriis tantum semel sugit ubera matris. Item Lazarus quem Christus a mortuis suscitavit corpus suum post modum afflixit pane ordeacio cocto et quotidie ieiunavit usque ad vesperam aquam bibit. Nunquam vinum nisi ter in anno scilicet natalis Christi in Pasche et Pentecostes bibit. Vestis eius cilicium desuper tunica de panno lectus eius cineres et desuper cilicium. Et lapide pro cussino non calceos in pedibus sed quotidie gemens et flens. Unde Crisostomus dicit: Et post resurrectionem nunquam risit. Similiter de sancto Germano episcopo. Qui per 30 annos afflixit corpus suum non pane frumenti sed ordeacio non legumine non oleum. Sed semper ieiunavit a quinta feria usque ad dominicam diem ab ipso cibo cilicium semper portavit. Item sanctus Bartolomeus centies flexit genua de die et centies de nocte temporibus sanctorum. Insuper sermocinatores in magna austeritate vixerunt. Item legitur de sancta Martha hospite Christi que septem annis ante tempore vite sue non carnes nec ova nec caseum nec pisces vel quicquam coctum comedit. Sed de herbis glandibus et radicibus. Estate et hyeme sola tunicam et cilicium subtus. Item cingulum de setis equinis ad carnem. Sic ut de ramis arborum cum cilicio et lapide pro cussino. Item de sancta Cecilia que habuit veste de auro texta. Sed subtus cilicium ad carnem. Item legitur de quadam devota muliere portavit loricam ad carnem et de pluribus sanctis virginibus et hybernis carnem suam crucifixerunt et crucem post Christum portaverunt. Lucas. Qui vult venire post me abneget etc.

Postremo sciendum. Quod abstinentia et castigatio corporis valet ad tria. Primo ad sanitatem corporis et mentis. Ecclesiastici 31. Sanitas anime et corporis est sobrius potus. Idem in epistola mater sanitatis abstinentia mater egritudinis voluptas. Egidius de regimine principum. Abstine a comestionibus nimiis et superfluitate est summa medicina. Homo sobrius et abstinens delectabiliter vivit dormiendo vigilando orando laborando dispositus est ad omnia spiritualia .i. tam in corpore quam in mente. Ecclesiastici 31. Exultatio anime et corporis vinum moderate potatum. Crisostomus in libro de malitia crapula. Nichil prosalutem nichil sic servit anime operatur nichil sic egritudines fugat sic moderata refectio. Sic econtra immoderata et voluptas carnis generat infirmitates et diversitas et plurimum sese debiles et insanum et hoc tangitur ex varietate ferculorum. Seneca. Numerosos morbos multa fercula fecerunt. Homines qui frequenter cenant impotentes contrahunt ydropisim paralisim in corpore. Insuper immoderata obfuscat intellectum hominis. Unde Jeronimus. Nichil adeo obruit intel-

litum ut confessionem. Item casti
gatio carnis valet pro castitate
quia ignem libidinis extinguit
virtutes nutrit et consolacionem
spiritualem inducit. Unde Hugo
de sancto victore. Gaudeat quis
per parce vivere, parcitatem vi
ta condit vicium libidinis extin
guit virtutes nutrit animum robo
rat mentem ad celestia elevat.
Et quod quis sibi subtrahit corporales
consolaciones tanto meretur a deo
spirituales que sunt dulcissime. Unde
Bernardus. O dulcedo mellistua
a dulcedo mirabilis quam dulcis
es in meditacione. Et dulcius in
oracione dulcissima in contemplacione
sed super dulcissima in beatitudine
sempiterna. Et illa dulcedo facit
homini omnia levia. Unde Augustinus in
libro confessionum. Cum semel inebri
atus est spiritus sancto ad omnia bona
hylarescit. Si laborat non
lassescit, si dolet non sentit. Si
deridetur non advertit. Brevem vitam
prolongat. Ecclesiastici 31. Cum autem
abstinencia est adiciet vitam. Hoc
patet in veteri testamento. Quia antiqui pa
tres diu vixerunt quia abstinenter
vixerunt et simplicem cibum sump
serunt. Adam vixit 930 annis.
Seth 912. Matusalem inter omnes
fuit antiquior quia vixit 969
annis. Noe ante quam diluvium vene
rit 600 annorum. Et post diluvium
vixit 350 annis. Sed dicitis qualem
cibum comederunt et qualem potum
biberunt quod tam diu vixerunt. Respondetur
quod ab adam usque ad diluvium fuerunt
2242 anni. Et isto longo tempore
non comederunt carnes neque pisces
sed olera herbarum et fructus arbo
rum et etiam biberunt vinum sed
aquam. Sed post diluvium debilitate
sunt vires herbarum et fructus terre
et fructus arborum tunc licenciati sunt
a deo ut comederent carnes et
pisces. Genesis 9. dixit deus ad noe
post diluvium et ad filios eius. Terror
vester et timor sit super cuncta animalia
terre et super omnes volucres celi ad
universis que moventur in aquis maris
vestre sunt tradite. Et omne quod movetur
et vivit erit vobis in cibum. Nec
etiam vinum biberunt quia noe post
diluvium plantavit vineam et inebriatus
atque est quia nesciebat fortitudinem vi
ni. Unde legitur quod. Utrum ebrietas
semper sit peccatum mortale. Respondetur secundum thomam
secunda secunde questio 150 immoderatus usus vini
potest contingere tripliciter. Primo ita quod quis
nesciat potum esse immoderatum vel
inebriare potentem et tunc ebrietas
potest esse sine peccato sicut de noe dicitur.
Alio modo quod quis percipiat potum esse
immoderatum non tamen estimet posse
inebriare et tunc potest esse veniale. Tercio
quod aliquis bene advertat potum esse
immoderatum et inebriantem et tamen
ipse diu ebrius esse tunc ebrietas est
peccatum mortale. Item patet in novo tes
tamento quod castigacio carnis pro
longat vitam. Nam sanctus Johannes apostolus
et ewangelista vixit post passionem et
ascensionem christi 86 annis et totum
tempus vite sue fuerunt 99 anni. Iste
sanctus Jeronimus 98 annis vixit. Item
sanctus anthonius 20 annorum fuit dum
heremum intravit et vixit in heremo
85 annis. Et totum tempus vite sue
fuerunt centum 5 anni. Sanctus paulus
primus heremita fuit 16 annorum dum he
remum intravit et vixit in heremo 97
annis. Et totum tempus vite sue fuerunt

ßz annis. Et tales non habuerunt in hiberno diversa et multa fercula nec eciam vina diversa et preciosa sed in modicis fuerunt contenti. Unde eciam Augustinus: Nota in paucis et in minimo contentatur.

3 Tercio ad eternam paupertatem perducitur. Unde psalmus 16: Saciabor cum apparuerit gloria tua. Luce 1º: Esurientes implebit bonis. Et in hac cena habebimus fercula multa de hoc quere in dystipulo de tempore sermone 37.

4 Quantum ad 2m principalem illius sermonis. Nota exemplum. Policraticus narrat de quadam filia cuiusdam regis que vocabatur Polemia que non esset tantum pulchra et generosa et agilia pedibus. Erant enim velocitate currere cum ipsa nollet sponsum accipere nisi generosum et magnatum. Fecit acclamare per diversas terras regionis illius. Et quicunque cum ea currere vellet per spacium cuiusdam signum quod posuerat apprehendere valeret talis sponsus eius sumus et heres regni esse deberet. Cum autem multi hoc acceptarent et cum ea currerent ipsa astuta quando quis ei appropinquabat et apprehendere attemptabat ante oculos eius aureos vel argenteos aut lapides preciosos proiecit et tardare permisit. Ipse ut autem ad ista bona se inclinaverit ut tolleret et sic retro magis semper mansit nec ab ipsis ante terminum illius signum apprehensa fuit. Tandem unus iuvenis generosus et magnatus venit et cogitavit apud se quod per omnia bona preciosa sibi ante eum proiecta se non inclinaret ut tolleret. Venia per eam apprehenderet omnia bona sua preciosa haberet et possidere valeret. Et sic currens ante signum eam apprehendit. Sic Christus filius dei virginemque vult desponsare racionalem hominis secundum illud Osee 2: Desponsabo te michi in fide. Et propter tali aliquando honores et divicias huius mundi et gaudia se non inclinat ad illa bona ut ea tolleret. Sed magis contempnit et currit et ante signum id est ante terminum mortis sue deum apprehendat ille vere est qui regnum celeste sui debet possidere et cum Christo eternaliter regnare. Exemplum in beata Maria Magdalena cui cum annunciatum esset quod Christus adesset et eam vocaret ut habetur Joh. 11 surrexit non ut aliquid temporale tolleret sed ut Christum dilectum suum apprehendere valeret. Ergo apostolus hic dicit: Sic currite ut apprehendatis.

In laboribus pluribus in carceribus habundancius in plagis supra modum. 2 Cor. 11. Ad reprehendum homines illo tempore contempnentes a vanitatibus et epulis et a gaudiis huius mundi. Quia hoc in matutinis et per totam ebdomadam legitur et cantatur. De maxima plaga ab inicio mundi facta scilicet quod deus propter peccata hominum submersit tempore Noe per diluvium omnes homines totius mundi exceptis octo personis. Et ab inicio Adam usque diluvium fuerunt 2242 anni. Et cum Noe esset sexcentorum annorum ingressus est archam cum filiis suis Sem Cham et Japhet et uxore illius et uxores filiorum eius et de animalibus terre et volucribus celi. Et ex omni quod movetur super terram duo et duo ingressi sunt femina et masculus sicut precepit deus Noe. Et facta est pluvia super terram 40 diebus et 40 noctibus. Operti sunt montes excelsi sub universo celo consumpti quia scilicet vniuersi homines et cuncta in quibus est spiraculum vite in terra mortui sunt Remansit autem solus noe et qui cum eo erant in archa scilicet octo homines Et durauit hoc diluuium per annum Ad eandem diem posuit noe cum filiis suis ingressus est anno euoluto est egressus Et etiam apostolus in epistola ad hebreos c enumerat multas tribulaciones quas passi sunt ut sic nos ad patienciam inducat Et primo enumerat illa mala que passi sunt in itineribus sicud in mari siue in terra Secundo enumerat illa mala que passi sunt ex illacione malorum persecutorum et tyrannorum sicud est incarceracio flagellacio et lapidacio 2

Tercio enumerat pericula que passi sunt in falsis fratribus Quarto que passi sunt in corpore sicud est labor erumpna fames sitis frigus et alia huiusmodi Et ergo dicit appostolus In laboribus plurimis In plagis habundancius Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda Primo de tribulacionibus bonorum et malorum hominum 2o de temptacionibus demonum 3o quare aliqui homines morti infirmantur Quantum ad primum sciendum Et omnes homines tam boni quam mali ut frequenter paciuntur tribulaciones in hac valle miserie Vnde Job 14 Homo natus de muliere breui viuens tempore etc Vnde hic primo queritur Quare deus bonos et iustos permittit hic multum tribulari Respondetur ut hic purgentur ne in futuro grauius puniantur

Cum quia necessitate oportet eum qui peccauit puniri aut hic leuiter uel in futuro in purgatorio grauius et in inferno grauissime Vnde gregorius Nequaquam peccatum parcitur Vnde Ecclesiasticus 9 num in pro magno placeat tibi Vnde etiam dicit dominus per ezechielem 4 c Diem pro anno dedi tibi Glosa diem supple in presenti pro anno scilicet in futuro In signum huius filii israel per 40 fuerunt in deserto annos quia intuerunt terram promissionis quod complessent in 40 diebus sicud peccassent Vnde iohannes wyder doctor sacre theologie dicit Et dicit valde ignis presentis tribulacionis ignis purgatorii et ignis inferni R Circa ignis presentis tribulacionis quatuor sunt condiciones Primo quia leuis est sed enim quod in presenti est leue et momentaneum est Secundo quia purgatiuus quia purgat animam Gregorius Et sicut auro lima ferro flagellum grano hoc facit tribulacio viro iusto 3o quia meritorius est Jacobi 1 Beatus vir qui suffert temptacionem quia cum probatus fuerit Quarto quia est transitorius cito enim finitur et cito transit Vnde in psalmo 65 Transiuimus per ignem et aquam et eduxit nos in refrigerium Ignis autem infernalis nullam istarum habet condicionem Primo quia non est leuis sed grauissimus 2o non enim est purgatiuus sed excruciatiuus 3o non est meritorius sed extra statum merendi sunt dampnati et continue male agunt Quarto non enim est transitorius sed eternus Ysaie 66 Ignis eorum non extinguetur Matthei 25 Ite maledicti etc Ignis vero purgatorii medium tenet inter ignem presentis tribulacionis et inter ignem inferni Cum in duobus concordat cum igne presentis tribulacionis Primo est purgatorius 2o quia est transitorius Et in duobus cum igne infernali quia primo non est leuis sed grauis

1

2

3

4

1

2o

Nos quod non est meritorius sed punitivus
|| 2a causa quare boni tribulantur
ut gaudium eorum in futuro augmen-
tetur. Joh. 16o Tristitia vestra vertetur
in gaudium. Isidorus de summo bono: Cui
futurae vitae praemia diligenter excogi-
tat, mala omnia praesentis vitae aequanimi-
ter portat, quia ex illius dulcedine
huius amaritudinem temperat. || 3o hic
quaerit: Tunc deus peccatores et ma-
los homines quibus est in praesenti tribulationes
interponit. || Re. 2 paralip. de reg. || Ita
ut sic recognoscant se peccatores et se con-
vertant corditer ad dominum deum suum.
Unde Ysa. 26. Domine in angustia quae-
sierunt te. Exemplum in veteri testamento
de Manasse qui fuit rex Jerusalem qui
reliquit deum patrum suorum et coluit
ydola quem Babilone cepit et in Ba-
biloniam duxit. Et cum angustiatus
esset oravit ad dominum deum suum et
egit penitentiam de malis suis. Et ex-
audivit dominus orationem eius et
reduxit eum in regnum suum Jerusalem.
Et tunc statim abiecit deos alienos
et praecepit omni populo ut serviret
domino deo Israel. Et ut dicit Jo-
sephus: Ad hoc erat solum de cetero
constitutus ut gratias deo pro de-
voto salute exsolveret. Hoc autem
et ipse populum docuit. Unde quibus congruit
quod omnes medici tales mederi non
sunt. Et si respiceret a peccatis de fa-
cili sanarentur. Unde etiam praecep-
tum est medicis catholicis ut cum
eos ad infirmos vocari contin-
gerit, ipsos cum ante omnia moneant
et inducant ut vocent medi-
cos animarum. Et postquam fuit infirmo
de spirituali salute provisum ad corporalis
medicinae remedium salubriter pro-
cedatur. Item praecipitur medicis sub
poena excommunicationis ne pro corporali
salute aliquid suadeant quod in peri-
culum animae generetur. Item infirmi
Christiani non debent in suis infirmita-
tibus vocare iudaeos nec ex ab
eis recipere medicinas. Nec secum in
eisdem balneis balneari. 28 q. 1
2 Nullus et c. omnes || Secunda causa
quare tribulantur mali ut si non con-
vertantur ut saltem per hoc tribulati
vivant et eruditi. || Tertia causa
3 ut hic incipiat eorum tormentum
et durabit sine fine in futuro.
Exemplum in veteri testamento de Antiochi-
o qui voluit omnes filios Israel
delere. Et etiam exemplum in novo tes-
tamento de Herode rege qui occidit
pueros innocentes quorum vitis h
gravitatem et inde punitus est ut
eorum poena hic inchoaret et in in-
M ynia consumaret || Contrarium ad pri-
mum dicit hic apostolus: Ne mag-
nitudo revelationum extollat da-
tus est mihi stimulus carnis meae. De-
tende quod hic dicit glossa Augus-
tinus: Securus angelus est dum ubi
aries sic publicani metuit. Unde
etiam Gregorius: In paradiso ducebris
ab angelo sathane temptatur. Et
est argumentum quod nullus homo in hac
vita debet esse securus sed semper sta-
re in timore dei. Unde Ecc. 2.
Fili accedens ad servitutem dei sta
in iustitia et timore et praepara
animam tuam ad temptationem. Atten-
de quod etiam non rogatus apostolus ter
orat sed post tertiam orationem ut
dicitur exemplum de perseverantia in oratione
Ps. 12. Orationi instantius attende
etc quod apostolus non accepit quod pe-
tit. Causa sic ista temptatio rad.

nis tacuisset nichilquid salvatus
fuisset. Unde sciendum quod nullus
potest vivere sine temptacione in
hac vita etiam quantumcumque bonus
sit et perfectus. Unde Bernardus super psalmum
Qui habitat in adiutorio etc.
Nemo in terra potest vivere sine temp-
tacione et qui ab una liberabitur
protinus expectat alteram. Unde ec-
ldg super Math. Impossibile est
humanam animam non temptari. Unde
Iob. Militia est vita hominis
super terram. Apostolus. Nemo coronabitur
nisi qui legittime certaverit. Ergo
hic movende sunt quedam questiones.
Primo queritur unde ortum temptacio-
nes demonis sumpserit. Respondetur Cass.
in colla. Ex invidia. Cum enim super-
bia de celo eiectus esset et il-
luc ad locum suum quem perdidit ho-
minem venire cognovisset, tunc
ex invidia Adam et Evam tempta-
vit ut eos in salute sua im-
pediret. Sic enim adhuc hodier-
na die homines temptat et bo-
nos et iustos plus quam iniustos.
Unde in decretis. Quos a demonibus
in servicio dei viderit plus im-
pugnat. 3. q. 1. Nulli. Unde Hu-
bertus. Dyabolus nichil vel
raro temptat qui sibi consenciunt ser-
viunt. Unde exemplum de illo qui vidit
multos demones in claustro et
in foro publico nisi unum. Require
in principio. T. 14. Secundo queri-
tur utrum dyabolus temptando
hominem peccet mortaliter. Respondetur secundum
Thomam quod sic quia in fine peccati mortalis
facit quod sic temptando nititur hominem
inducere in peccatum mortale quod ipse
Tercio queritur utrum dyabolus cum
quamquam possit peccare venialiter.

Respondetur quod non secundum Thomam. Quia quicquid facit
semper mala intencione et in finem
peccati mortalis. Quarto queritur utrum hominem quandoque
plus inducit in peccatum veniale. Primo
etiam temptacio dyaboli est homini meri-
toria si quis viriliter resistit. Unde
et Bernhardus. Quotiens resisteris to-
ciens coronaberis. Tamen dyabolus semper
peccat mortaliter. Et eius pena
accidentalis semper augmentatur totiens
quotiens temptat hominem. Quia sicut
bonorum angeli semper merentur
gaudium accidentale nobis serviendo
et nos ad bonum inducendo. Sic
econtrario malis angelis augmen-
tatur eorum pena accidentalis nos temp-
tando et nos impediendo. Quinto
queritur utrum duo demones eundem
hominem simul eodem tempore vel diversis
temptent vicibus. Respondetur Cass. in
colla. Non sed unus temptat ho-
minem. Quia homo non potest simul ridere
et flere nec simul gaudere et tristari.
Sed ad hoc unus demon recedit
alter accedit temptando locum tribuit
nec unus demon de diversis temp-
tat viciis. Sed unus temptat de
superbia, alius de luxuria, alius
de ira etc. Sexto queritur utrum
dyabolus de confessione confusionem recipi-
at. Respondetur quod sic. Unde Ieremias confundantur
Ier. 17. Confundantur qui me per-
sequuntur et non confundar ego. Sed
etiam per oppositum letantur in pec-
cato hominum. Unde in psalmo. Qui tri-
bulant me exultabunt si motus
fuero. Septimo ad 3 ... respondetur dicit
hic applicatur libenter glo. de infirm-
itatibus ut in habitu etc. Unde hic queri-
tur quare morti et imponere aliquid

sustinet infirmitates corporis
1.o Respondeo quod propter tria || Primo quia prouocant habere
dilectionem ad deum et magnam ad
se ipsos Unde Crisostomus Corporis morbi
natus fuit amor corporis est radix
omnium malorum Augustinus Sicut homines
se ipsos amantes Ubi loquitur de no-
uissimis temporibus que instabunt tem-
pora periculosa Ita amor corporis cor-
poris inducit hominem ad multa ma-
la scilicet in superbiam auariciam et ceteros
Et infirmitas impedit hominem in multis
bonis exercitiis scilicet in vigiliis ora-
tionibus abstinentiis in disciplinis
2 et cetera || Secundo quia tales raro cogi-
tant que Christus pro eis passus est Unde
ecclesia Ysidorus de summo bono Ex passione Christi
ad medicinam reducimur Nichil tam durum
quod non equo animo tolleretur prima enim
tolleramus si recordamur quid ille sus-
tinuit qui nos vocat ad celum Ille
enim opprobria irrisiones contumelias
alapas sputa flagella spineam
coronam crucem quoque sustinuit Et nos
miseri ad nostram confusionem una
infirmitate fatigamur uno verbo
deuincimur Ein Herren in passione domini O homo
vide que pro te patior non est dolor
sicut quo crucior Ad te clamo qui pro
te morior vide penas quibus afficior
vide clauos quibus confodior Et si
dolor tantus exterior interior est planc-
tus grauior cum te tam ingratum experior
Unde dicitur in epistola Tonderi voluit
ut nos lauaret velari voluit ut
velamen culpe et ignorancie a cordibus
nostris auferret In capite percuti ut
caput nostrum id est Adam sanitati resti-
tueret Colaphis cedi et verbis
derideri ut nos ei labiis et manibus
3. id est verbis et operibus applaudamus || Tercio
R

quia raro cogitant de magna utilitate
infirmitatis || Primo enim infirmitas
retrahit hominem a peccatis futuris probatur
Cēnia infirmus non delectatur superbire
in vestibus non incrassare non
luxuriari non inebriari nec lu-
dere nec vanitatibus mundi intendere
Unde Hugo libro 3 de anima Quosdam
presciens deus multa peccata posse
flagellat eos in infirmitate cor-
poris nec peccent ut eis utilius sit
frangi laboribus languorum ad sa-
lutem quam remanere incolumes ad
dampnacionem Insuper inducit hominem
ad bonum quia infirmus gemit con-
fitetur et emendam promittit Infir-
mitas deum inuocat et sanctos interpel-
lat Unde psalmus Multiplicate sunt
infirmitates eorum etc. Gregorius Ma-
la que nos hic premunt ad deum ire
compellunt Item infirmitas corporis
liberat hominem a futuris penis
Nam ideo affligit te scilicet in presenti et
non affligat te scilicet in futuro Clemencia dei
non punit bis in idipsum Et bonum
signum est quod homo punitur in eodem
et eisdem membris quibus peccauit
Item Salomon per que homo peccat
per hec et torquetur Et ideo si caput
dolet cogita si numquam deum offendisti
cum crinibus cum peplis vel ornatu capitis
Sic si in oculis dentibus manibus
et pedibus et sic de aliis, vel si dum
in peccatis perseuerasti non egre ferre
debes si dum ex ipso infirmus hic es
Gregorius Diuina dispensatione hic
agitur ut plerumque uno pluriore
egritudo constat Item infirmitas
hominis augmentat homini gaudia futura
Quociens ergo aliquis dolorem patitur
sustinet tot gaudia in celo habebit

apostolus Non sunt condigne pas
siones huius temporis ad futuro
est Eterna gaudia celestia erunt
infinita Quia infinitates sunt
infinite Unde secundum philosophos vniuerso
corporum finiti ad infinitum nulla
est proporcio Et quamuis illa la
tam dicta diligenter consideret
in infinite sua paciens esset
Ulterius sequitur Quia non fraudabit
deus premio quoque suos dilectos
in infernum R[espice] in principio

1z e.

Si linguis hominum loquar
et angelorum caritatem non
habuero factus sum velud es
sonans etc. prima Cor. 13 Mer
cator multas merces suas lau
dat ut eas cito vendat Unde
apostolus in hac epistola commendat
caritatem ostendens eius proprie
tatem et vtilitatem pre omnibus virtutibus
Unde fatuus est qui non solli
cite laborat ut caritatem habe
at Unde in presenti sermone tria sunt
dicenda Primo de caritate 2o
de caritatis premio 3o quomodo Quan
tum ad primum sciendum quod caritas est
ordinatus amor dei Tunc ordinatus
est secundum Wilhelmum lugdunensem quando ama
tur deus propter se et super omnia Amor
quo quis amat deum propter temporalia
non est ordinatus cum fit deo con
temptus Qui enim deum amat propter tem
poralia plus amat temporalia quam
deum Unde hoc non est sine contume
lia dei Qui enim aliquid creatum deo
prediligit ydolatra est Unde est aut
hoc ab homine colitur quod preceteris
diligitur Amore vero proximi ordina
tus est qui proximum meum filium vel
filiam aut vxorem plus diligit
quam deum non est dignus deo

Unde Christus Qui amat filium vel filiam
super me non est me dignus Iste amor
illorum inordinatus est qui plus amat
diuicias suas quam proximum suum Prima Io.
3 Qui habuerit substanciam huius mundi
et viderit fratrem suum necessitatem habere
et clauserit viscera sua ab eo quomodo
caritas manet in eo Item quomodo
qualiter quis scire possit utrum sit
in caritate Nec esse in statu salutis
ut qui sunt in actu peccandi vel in malo
proposito peccandi moriuntur Secunda
dubitare se esse coram homine per veraciter parte
Et sunt illi qui incipiunt facere quod
in se est Secundo putat se habere cari
tatem sed qui multa bona opera faceret
et diu abstineret a peccato Adhuc
tamen persisteret motus temptacionum prima
carnalis temptacio Secundam apprehendit
se habere caritatem ut illi qui gustant
diuinam dulcedinem Secunda certissime
se habere caritatem ut quibus deus re
uelauit qualis fuit paulus apostolus
Scio cui credidi et certus sum Quantum
ad 2am partem notandum Quod non solum
etiam mittit filios extrahere a pericu
lis huius mundi Ideo in illis diebus
conuenienter legitur in matutinis de
horribili plaga regionis penthapo
lis dicta a v ciuitatibus impiorum
hominum que celeste igne consumpte sunt
tempore abrahe qui vixit 2011 annis
ante Christum scilicet Sodoma Gomorra Adama
Seboym Segor Unde Genesis xix
dominus pluit dominus super Sodomam et
Gomorram sulphur et ignem de celo
Et subuertit ciuitates has et omnem cir
ca regionem vniuersos habitatores urbium
et cuncta terre virencia Hec enim prima
ubertatis fuit et fecunda ante eius con
sumptionem Ita fuit complexa qua
liter eius arena sulphurei et ignis

Ethiopie inveniebantur et aurum gle-
bas eius auri ut habetur Job 28 locus
sapphiri lapides eius et glebe eius au-
rum Sed postea illa regio in mare mor-
tuum est conversa et per verba quod nichil
vivum gignit nec etiam aliquid vivum
in se recipit Orosius dicit ille populi
viventia Et formationes vivarum ra-
tiones ut videntibus generaret turpi-
tudinem Si carpas fructum in tem-
pore sumendi exquirat .i. reddet Unde de
hoc quomodo deus predicens sodomitas
puniri posset et qualiter puniendus
sit Item sanctia nostra etiam compen-
sacio spiritus sancti inspirat Ut in hac
dominica legitur ebdomada de passione
domini Et gaudium mundi quod in hoc
tempore carnisprivii exercet in no-
bis temperet Tertia non est lividum
aut illum manibus et pedibus ludere
quam pater in cruce manibus et pedibus
affixus est Nec cum eo rex cum mul-
tiplicibus et preciosis vestibus qui
pro te nudus in cruce pependit Nec cum
eo rex cum fistulis et cimbalis qui
pro te in cruce clamavit clamore forti est
ut ps. 68 Clamans raucae facte sunt
fauces Nec decet cum eo inverecunde
et impudice loqui et cantare qui pro
te in cruce flevit amare dicendo O
vos homines omnes qui transitis per viam at-
tendite et videte si est dolor etc. Unde
Petrus Damianus O bone Jhesu tu doles
et ego gaudeo Tu ploras et ego
rideo / tu potas acetum et ego pocula /
tu perimeris crucis et illusus et men-
dosa verba perfero tu pro me vigilas et
ego dormio Tu denudaris et ego
preciosis vestibus induor Tu ieiunas
et ego splendide epulor Tu sitis et
ego inebrior Tu aceto potaris et
ego dulcia poto Tu blasphemaris
et ego divinis vocor Tu iniuste
ab impio iudice et ego te iuste
iudice non timeo Tu non habes
ubi caput tuum reclines et ego
pallacium construo Tu in cruce et
ego in balneo Tu in sepulcro
et ego in lecto Prorsus non est
equum ut ego bruto Nunquam reddidit ma-
lum pro bono Ecce ego reddo tibi
mala pro bonis in sterilitate vide me
etc. Notandum quod inter alios peccatores
quos depinxit hic sunt in tribulatione
ista est mundus qui videt quod illi qui
deberent eius capiti eos deridebat
in pugnandum hunc legitur math 21
quod milites presidis congregantes eum ca-
hinde coronam deridebant illi
percutientes calamum et spinis posuerunt
super caput eius et arundinem in
dexteram eius et genua flectentes dice-
bant Ave rex iudeorum Sic hec illa
diebus carnisprivii a pluribus christi-
anis reviditur Dominus hoc quod in il-
lis diebus plus peccatur quam alio
tempore anni Et sunt septem genera homi-
1º num Primi sunt qui inepte letantur Unde
hic quidem vero inepta leticia semper
sit peccatum mortale Respondeo quod quedam est
mortale et quedam veniale Primo quando
quis inepte letatur de hiis que
secundum se mala sunt ut dicitur Sapientie
primo Letantur cum malefecerint
et exultant in rebus pessimis Tunc
certum est quod inepta locutio et leti-
cia ex obiecto fieret datum peccatum mortale
Tertia tales letantur de quibus valde
dolendum est sicut de peccatis ut Ecclesiastici
19 Qui gaudet iniquitate denotabitur
i. de libro vite delebitur Hoc non fit
nisi per peccatum mortale igitur etc. Secundo
2 si ad singularitatem assumuntur aliqua
que secundum se mala sunt vel que d-

gue in nocumentum proximi vel in contemptum dei // Tercio si quis ad talia ita vehementer afficitur quod preponit ea dilectioni dei et proximi liquet quod peccat mortaliter // Sexto si quis inepte letatur vel scurrilitate operatur Nec tamen contra caritatem dei vel proximi attemptat veniale est R.

// 2° sunt qui in gula excedunt Unde hic queritur utrum gula sit peccatum mortale q. Respondeo secundum thomam 2a 2e q 148 1° Si dilectioni gule inhereat homo tamquam fini propter quem deum contempnit Et paratus est contra dei precepta agere vel delectaciones huiusmodi assequatur est peccatum mortale Si vero in gula sit inordinacio secundum ea que sunt ad finem ut puta quia nimis concupiscit delectaciones ciborum Sine quod propter hoc aliquid faceret contra legem dei sic est veniale // B

Tercio sunt qui de factis libidinosis vel etiam cogitacionibus morosis inquinant // Unde hic queritur utrum omnis actus libidinis sit peccatum mortale q. Respondeo quod sic excepto fede matrimoniali 1° Unde de hoc materie ad meretrices accedere est dictum prohibitum 32 q 4 c meretrices // Item queritur utrum morosa delectacio sit peccatum mortale q. Respondeo quod sic quando fit cum consensu et plena racione 1° Unde nimis periculosum est immorari turpibus cogitacionibus quia facile ex hoc in peccatum mortale incurritur Quod etiam probat ja in causa pra d Contingit i. incidere cum delectacione cum contemptu sub audiendo consensu racionis parit peccatum scilicet mortale // Item queritur quid sit dicendum interpretatiuus consensus utrum et interpretatiuum q. Respondeo secundum thomam Consensus interpretatiuus est quando racio intellectus videt quod malum est et 1° periculosum immorari tali delectacioni Et nisi expellat cum consensu superveniet Et negligit expellere quam per digitos quis videt Sed verus consensus quando plena racione immoratur huic delectacioni et vult delectari in ea Si autem postmodum intendit actum facere tunc 2m peccatum mortale committit // Item notandum q. quod etiam propter in meiori pre morose delectari quod posset sequi pollucio // 1° Item thomas dicit quod morosa delectacio cum consensu racionis potest committi etiam in omnibus peccatis mortalibus // L

Quinto sunt qui se exornant vestibus preciosis et masculum se induunt se vestibus femineis et econverso // Unde hic queritur utrum liceat mulieri uti veste viri q. Respondeo secundum thomam 2a 2e q 169 Non 1° Nam cultus exterior competere debet condicioni persone secundum communem consuetudinem Et ideo de se viciosum est quod mulier utatur veste virili vel econverso quia etiam in lege prohibitum est Deut 20 ubi dicitur Non induetur mulier veste virili et econverso Et hoc secundum glo quia gentiles tali mutatione habitus utebantur ad ydolatrie superstitionem Et ideo qui talia exercent potius sunt ydolatre q. quia quidam propter aliqui induunt habitum sancte religionis 1° Item alii induunt larvas et mutant se in bestias Item quod peius est alii in demones et tales ostendunt se esse heretes bestiales et demonum fautores Nec potest duobus dominis servire Unde etiam in decretis Vestis corporis qualitatem indicat mentis dis 41 c Clericus D. // Sexto sunt qui circa illo tempore carnisprevium solent q. choreas ducere in quibus conveniunt 1° saltus viri vestes mulierum quociens saltat in corea. Augustinus. Vir mortis pestilentie saltus est in profundum cloace. // q. Unde licet queritur utrum ducentes choreas illicitas peccent mortaliter. r.o Responsio secundum Ebulh. Credo quod sic saltem in festis saltem in profestis diebus si hoc faciunt causa incitandi ad libidinem se vel alios. Si autem aliquis vel aliqua nec concupiscentia incitatorie aliquid immisceat se choreis non est peccatum mortale. // q. Septimi sunt qui exercent torneamenta. Unde licet queritur utrum torneamenta facere sit peccatum. r.o Responsio secundum Ebulh. Tales mortaliter peccant quia faciunt contra prohibitionem ecclesie. Si autem non essent prohibita et fierent causa discendi usum armorum ad pugnandum infideles et ob defensionem patrie vel reipublice non essent peccata. Et sic Ostiensis notat quod prohibenda sunt quia in eis multe mortes corporum et anime imminent. Nam dz cogitare hoc venire posse. // q. Item que autem est pena pugnantium in torneamentis. r.o Responsio secundum Raymundum. Pena est si aliquis aliquem occiderit reus homicidii et tenetur eius quia ludus talis noxius est et nocivus et illicitus. Et ideo quicquid contingit sequitur imputandum est. // Item qui in torneamento moritur non debet in cimiterio sepeliri. Et extra dicitur. Si quis etiam ibi vulnus letale acceperit licet penitentia superveniente qui quidem peteat et sibi eucharistia non denegetur caret tamen ecclesiastica sepultura. Extra de torneamentis c. j. // Septimi sunt qui faciunt imperatores papas reges principes. Et omnes qui talia agunt proposito omni timore dei puniantur graviter hic et in futuro. // ff Contra ad zam partem frendum. Et primo

tempus est tempus exilii et mundus vocatur vallis lacrimarum in quo mundo quilibet cottidie facit unam dietam versus mortem. Et ideo magis esset in presenti tempore et loco flendum quam ridendum. Unde Augustinus. In valle miserie sumus in quo eo magis flendum est quo minus flemus qui deberemus esse in celo vel saltem in terrestri paradyso qui est locus amenissimus. Unde Gregorius super Ezechielem. Secundum est quod in hoc mundo nos libeat undique luctus miseriarum undique gemitus audimus. Destructe urbes eversa castra depopulati agri in solitudinem terra redacta. Alios in captivitatem duci. Alios detruncari videmus. Alios interfici. Tercium ergo est quod in hac vita libeat secundum mei si tale mundum diligis iam non gaudendo sed volendo amaris. Exemplum non tam horribile quod scribit Johannes Mylte in uno sermone. Et fuerunt in illis temporibus coadunati in civitate Lucana que tunc erat in flore et ipsi fecerunt multa solaria aliqui fecerunt sibi papam aliqui regem Francie alii quem fecerunt dominum de Luca et ille erat super omnes potentes. Cum stans in toto culmine misit pro illo quem de loco pape ut veniret ante eum et faceret sibi reverentias et honores quod factum fuit. Et similiter pro imperatore et aliis regibus et similiter illi fecerunt. Quo facto dominus Lucanus dixit. Iste est maior dominus in terra quam iste. Responsum est ei quod sic. Et ipse quod est. Responsum est ei quod superius. Cumulumque ubi est ille dictum est ei quod in omnes ex priori moreretur. Cum vocavit domicellos suos et dixit

os Iste per omnes etiam et cita-
te prophete quod etiam totam me tota
pareat Sicut meruit et vnum
in forma sacerdotis pati admis-
sa innenerit Et dixerit enim
vt duodecima faciet dominus lucas
Sicut plura Illo anno dimissa e
ciuitas et optime de malo in
peyus se habuit et insuper pace
temporis plurissima in vrbibus est
vendita Ergo recipiatis a christo
illustrem si non vultis ab eo iudi-
cari et puniri Ergo aliud quod addo
sanctos cunctos terra absorbu-
it Sicut in propheta dicitur G 11

Hortamur vos ne in vacuum
gratiam dei recipiatis 2
Cor 6 Si quis mutuo
bonum vel aliud aliquid ab homine
accepisset ad laborandum et
ad lucrum sibi acquirendum Et
si inde magnum lucrum posset
comparare fatuus esset si non as-
sumeret et incessanter in illo ma-
le laboraret vt tale lucrum eter-
nale possideret karissimi
nos gratiam tamquam quoddam mu-
tuum accepimus a deo seu accipimus
Nam sicut augustinus de ciuitate dei li 8 c
22 Gratia nobis prestatur pro christo
quo instituimur a peccato et perduci-
mur ad regnum Est enim illud
mutuum necessarium quod sine
peccato nichil mereri possumus
Vnde augustinus in libro de correp-
cione et gratia Desiderate amplius
id gratiae quo solo homines libe-
rantur a malo sine qua nullum
prorsus siue cogitando siue volendo
et amando siue agendo faciunt
bonum primo sine gratia nemo
saluari potest Vnde augustinus in libro
de natura et gratia christi Gratia sine
qua nec infantes nec etate grandes
saluari fieri possunt non meritis
redditur sed gratis datur propter quod
gratia vocatur Vnde applicando hic dicitur
Hortamur vos ne in vacuum Vnde in
presenti tria sunt dicenda secunda que
tanguntur hic in epistola Primo de vtili-
tate gratie Secundo de illo sacro
tempore quadragesimale Tercio de quibusdam
peccatis in vno quoque Quantum ad
primum sciendum quod gratia est anime
hominis vtilis est summe necessaria Primo 1
quia ipsam viuificat Sicut enim
animalia viuunt in elementis sibi proportio-
natis vt bestie in terra pisces in
aqua volucres in aere Sic ipsa
anima viuit in diuina gratia que est
spiritualis esse ipsius anime Nam
sicut creatura non habet esse spirituale Et
ideo dicebat gratia dei sum id quod
sum Et ideo quia dum anima est in gratia
opera sua sunt eterne vite meritoria quia
sunt viua Secundo quia animam consolidat 2
Nam gratia datur in remedium contra peccatum
Et in adiutorium ad omne meritum Vn-
de dicit quidam sanctus pro Sicut deinde
est prospicuus non speciosus sole et
splendidus sunt animas Nichil enim vi-
lius in vita presenti hominibus quam desolet
animas thesauro virtutum et bonis ope-
ribus Tercio illuminat animam ad con- 3
templandum deum in hac vita Vnde comparatur
gratia in quodam sermone Sicut ca-
dens solaris subito illustrat pene
totum mundum illuminat sic et diuina
gratia subita inspiratione totam mentem
illuminat Sicut enim cristallus ex omni
parte est lucidus et splendidus Sic dicitur

gratiam nativam qua illustrat ex omni parte facit splendidam et lucidam lucem divini aspectus. Sed heu quidam in hac luce et statu gratie se nolunt continere. Sed descendunt in tenebrosam vallem peccatorum ubi spoliantur a bono spirituali. Hic fratres habetur Luce. 18. Homo quidam descendebat a Iherusalem in Iericho et incidit in latrones. Iherusalem fuit quedam nobilis civitas et per significationem celestem patriam ad quam homo tendebat cum esset in gratia. Ab hac quidam descendebat de Iericho que interpretatur defectus. Et bene descendit quia cum homo in peccatum labitur semper descendit quia via peccatorum semper est in descensu. Sed via gratie semper est in ascensu. Sic quando homo descendit per continuam peioracionem tunc incidit in latrones id est in angelos tenebrarum qui primo ad eum veniunt per malam suggestionem, inde per consensum et deinde per consuetudinem et obstinacionem in peccatis. Hii non spoliant eum gratuitis virtutibus et merita id est bona opera auferunt. Et non solum ipsum hominem spoliant sed etiam plagas imponunt quia diversis peccatis ipsum vulnerant. Tot enim habet vulnera quot peccata. Sed abeunt ipso semivivo relicto quia totaliter ipsum non possunt occidere. Nam quantumcumque homo sit peccator, non tamen privatur libero arbitrio immo mente quo potest sibi conficere medicinam penitentie et revertere ad gratiam. Sed si non sumit medicinam penitentie et obstinat in peccatis et moritur, tunc proicitur in profundum inferni ubi erit miseria sine fine. Quantum

ad 2am partem dicit hic apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile etc. Hoc dicitur secundum Rich. ad differentiam temporum, quod est triplex. Tempus enim quadragesime acceptabilius est ad lucrandum et merendum quam alia tempora anni triplici ratione. Prima quia tabernacula in locis pluribus inveniuntur. Nunc enim inveniuntur plures parati ad audiendum confessiones quod non accidit ita communiter in aliis temporibus. Et attende quam felix commutacio fiet in foro penitenciali. Vilissima est enim moneta qua comparat peccator et preciosissima est gratia quam comportat. Peccata enim ibi sua dimittit et gratiam et amorem dei acquirit. O anima peccatrix peccata tua ibi depone et sanctitatem indue. Tercia hic enim attendenda est stulticia quorundam qui gratiam dei optant comportare et tamen peccata sua nolunt dimittere propter fetorem proprium non peccati amplius. Tales non attendunt qualis moneta sit peccatum. Si enim diminuerent oculum non peterent quam ea penitus deferret sed veraciter agnoscerent quam nociva sit peccatum. Mt. 18. Si oculus tuus scandalizaverit te etc. Non cognoscunt tales qualis moneta sit gratia quam ignem celorum petunt. Si vero cernerent hanc monetam agnoscerent absque dubio libenter ipsi peccata sua pro illo dimitterent. Secunda ratio est quia in quadragesima communiter in nundinis dei vendicia habundancius exponuntur et cui non placet unum placet aliud. Quadragesima est tempus venalium et habundancius predicatur in hoc tempore quam in alio. De hac empcione vel alio dicit angelus in persona Christi: Venale habeo quod regnum celorum, quod emitur paupertate, regnum celorum dolore, gaudium labore, quies ignominia, gloria morte, vita. Precipuum venale quod in nundinis istis emi potest est regnum celorum. Math. 18. Tu autem vade et annuncia regnum dei. Hoc regnum prevalet omnibus regnis mundi. Tercia racio quia in palma certo invenitur illa moneta qua regnum celorum emitur, ut scilicet vigilie et oraciones, ieiunia et elemosine. Aliquis famulus ieiunat sex diebus in ebdomoda in palma quam post pascha sexta feria. Aliquis etiam qui in palma legeret x psalteria integra vix post pascha septem psalmos. Et qui surgebat in palma ad matutinas vix potest surgere post pascha ad missam. Quod autem precipue emendum sit in istis nundinis ostendit Joh. In apoc. 3: Suadeo tibi emere aurum ignitum et probatum ut locuples fias. Sunt autem aliqui qui in istis nundinis plumbum vel argentum emunt. Illi plumbum emunt qui opera bona in peccato mortali faciunt. Opera enim talia ad similitudinem plumbi sunt ponderosa et non preciosa. Argentum vero emunt qui sapienciam huius mundi sectantur. Argentum enim hoc non computabatur aliquid precii tempore Salomonis ut habetur 3 Re. Sapiencia huius mundi stulticia est apud deum,

ut 1 Cor. 3o. Aurum autem emunt qui sapienciam sectantur que est dei dilectio. Eccli. 2o: Dilectio dei honorabilis sapiencia. Item sciendum est quod dyabolus habet negociacionem suam sicut et deus suam, sed sibi multum dissimilem. Primo in hoc quod qui emit a dyabolo in emptione letatur et postea semper tristatur, ut patet in peccato fornicacionis. Gregorius dicit sic: Cuius appetitus eius anxietas est, sacietas penitencia. Unde quidam in temptacione a dyabolo de peccato carnis abscidit sibi linguam ut vehemencia doloris expelleret vehemenciam temptacionis. E contrario autem qui emit a deo tristatur et postea sequitur leticia. Unde Proverbiorum 20o: Malum malum dicit omnis emptor, et cum recesserit gloriabitur. Triplex malum est in emendo regnum celorum. Primo quia oportet multa pati. Act. 14: Per multas tribulaciones oportet nos intrare regnum celorum. Secundo multa bona opera facere. Mat. 20o: Voca operarios et redde illis mercedem suam. Unde Leo papa: Non dormientibus provenit regnum celorum, nec ocio et desidia torpentibus beatitudo eternitatis ingeritur. Secundo dissimilis est quia qui emit a dyabolo depauperabitur. Perdit enim hec: primo deum, 2o regnum eternum, 3o felicitatem eternam. Eccli. 1e [illegible] gnitatis sancti ad carnem. 4to perdit participacionem omnium hominum et honorem eternum. Ps. 98: Particeps ego sum omnium timencium te. 5to bona propria si aliqua fecit. Sexto perdit se ipsum. Tradit enim in servitutem dyaboli. Mat. 6: Nemo potest servire duobus dominis. Sed qui facit facit tamen deo semper lucratur et ditatur ut y

k

1

3

l.

2

Qui perdiderit animam suam propter me
inveniet eam. Cum igitur tantum con-
stet regnum celeste modicum videlicet
precium sumpsit ad regnum celorum quod pos-
sidebitur. Cant. ultimo: Si dederit
homo omnem substantiam domus sue pro
dilectione quasi nichil despiciet eam.
Nota 2e Cor. 6: Ecce nunc dies salutis. Ubi
notandum. Circa isto sacro tempore
proprie debemus tendere ad hoc quod
ad portum salutis perveniamus. Et
1 ad hoc movent nos plura. Primo
quia deus tali tempore celum et ter-
ram creavit in marcio. Et val-
de vere esset nigrum qui tali tempore
pro amore dei non facit aliquid
cum deus tali tempore pro ipso homine
2 tot et tanta fecerat. Secundo mo-
nent nos creature que cessaverunt ope-
rari in hyeme nunc ab cessante
impedimento incipiunt operari ut
patet tam in arbore nascentibus quam in avi-
bus. Crescunt dies et lumen
et calor corporis ut etiam crescat
exemplo eorum lumen etiam corporis in
te crescere debet et ad bonum dilec-
tionis vel attendi. Movent etiam
ad idem tercio Christi qui tempore isto
tot et tanta fecit pro salute nostra.
Unde Bernardus: Cum me totum et se-
mel dicendo fecit in reficiendo autem
dixit multa et gessit mira
et pertulit dura non tantum dura sed
digna. Indecens est quod tempore isto quod
dominus tuus laboravit pro salute
tua et tu negligens et invitus es
operari pro salute propria. Iusticia autem
dei exigit ut homo adultus salutem
non consequatur nisi per se ad hoc
etiam operetur. Augustinus: Qui fecit te
sine te non iustificabit te sine
te. Ad hoc dicitur quod aliquis

salvet animam suam sed propter inde
perdiderunt vel animam propriam salutis.
Hec est maxima causa quare
dampnantur homines quia non curant
salutem suam nec pro ea labora-
re volunt. Deus enim vult omnes
homines salvos fieri. Unde apparuit
veniente tempore in hoc mundo
predicens salvos fieri etc. Et
in signum illius dies quadragesime
dicitur dies salutis quia nisi fu-
isset dies iste nec totus mun-
dus venit ad perditionem. Unde
multi experiuntur quod ad pas-
cha moriebantur quamquam non
dimiserunt. Seneca: Magis pe-
riculum est male vivendi quam
cito moriendi. De facili enim
homines salvarent animas suas
si tempus istud quadragesime totum de-
ducerent. Ideo non immerito dicitur
dies quadragesime dies salutis. Secun-
do ad 2am partem sciendum quod quilibet
predicator dicit illo sacro tempore
quere misericordiam dei. Ysa. 44: Quere-
te dominum dum inveniri potest.
Iam enim deus prope est et
misericors est omnibus peccato-
ribus in corde suo convertentibus.
Joh. 2: Convertimini ad
dominum deum vestrum quia benignus
et misericors est. Unde dicitur Ezech.
18: Nolo mortem peccatoris sed ma-
gis ut convertatur et vivat.
Unde nos videmus ad sensum quod
aliquis offendit aliquem poten-
tem dominum multum optat tempus
in quo possit eius graciam inveni-
re. Et est primum tempus quod est
tempus pacis et nunc in quo
primum est eidem quia ille qui magis
non amicus contribuit plu-
ribus peccatoribus in hoc sacro

patribus sanctis omnibus predicari omnibus creaturis pia misericordie indulgentie. Et in pignus huius dei dicitur [illegible] ad penitentiam. Illud Cant. 6. Revertere revertere ut Sunamitis. Quater dicit revertere. 1 Primo propter sanctos et angelos in celo existentes qui te desiderabant te expectabant et in consortio suo te desiderabant. Luce 15. Gaudium est angelis dei super [illegible] si feceris omnibus annis tuis te deserentibus in gloria necessitate ipse tibi parcet et animam tuam cum magno gaudio in celum portabit. 2 Secundo revertere ad honorem beatissime matris mee que te semper apud me conservavit que indesinenter pro te orare desistit. Quia ut dicit Bernardus: Ipsa enim precibus toti mundo respectu amplectitur et defendere non desinit donec eum filio suo reconciliaverit. 3 Tercio dicit revertere ad confusionem demonum quos peccando letificasti penitendo confundabis et semperque eris amplius in omni vita tua quod nunquam dampnaberis si sis in vera penitentia et gloria perseverabis. Quia ab inimico mundi vel penitentes nunquam mala morte moriuntur. Nec enim unquam aliquis mala morte moritur. Quamvis morte moriatur sive in lecto sive in mensa sive in campo vel aqua vel igne. Omnis autem vel est subitanea morte moriatur. Unde Sap. 4. Iustus quantumcumque morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit.

Nam ipsi demones sunt diversa genera hominum in inferno. Clericos religiosos nobiles ignobiles cives et rusticos divites et pauperes etcetera. Sed de peccatoribus et penitentibus illa duo genera hominum non sunt quia illos homines illuc nunquam pervenerunt nisi ubi [illegible]. Quarto dicit revertere ad honorem meum quia te creavi ad ymaginem meam ut non esses. Et super omnes creaturas nobilitavi. Unde secundum Augustinum nobilissima creatura est homo quia inter omnia animalia solus [illegible] rationem. Insuper sanguine meo redemi te ut [illegible] esses. Item ianuam celi aperui tibi ut intrare posses. Et multa beneficia impendi tibi et exhibui. Igitur revertere ad me. Et ego suscipiam te. Quod si feceris honorabo te in celo coram patre meo et omnibus et angelis meis. Et ergo qui vult beneficium meum et salvus fieri penitentiam agat isto sacro tempore. Unde ipsa penitentia nostra operatur in celo et in terra. Unde Augustinus: O penitentia omnia ligata tu solvis omnia deperdita reformas et paradisum reseras tu es rutilantior auro splendidior sole. Unde etiam Ysidorus de summo bono li. 2. Penitentia est medicamentum vulneris spes salutis per quam peccatores salvantur per quam deus ad misericordiam provocatur que non tempore pensatur sed profunditate luctus et lacrimarum. Unde Ieronimus: Vere de omni peccato quantumcumque magno possit agi penitentia. [illegible] sit. Quia hec est [illegible] et separati. Quia ille est perceptibilis penitentie et iste non hinc est secundum damascenum. Et de omni peccato commisso a spiritu in carne conpuncte dum in carne est peragi penitencia potest, non post. Et hoc est secundum Bedam super Lucam. Et secundum parentem primum remittitur omne peccatum. Unde in decretis per penitentiam omne peccatum deleatur de pe. dis. 3. Insuper est contra articulum fidei credere remissionem peccatorum. Et iam dictis patet. Et homines desperati non habent veram fidem sed sunt imitatores Jude proditoris. Unde in decretis Judas a venia conclusus non fuisset, si ipsam a Christo postulasset, de pe. dis. 2 per totum. Unde quesivit de illo qui magis etiam intuitur et splendidius ac clarius cognoscit. Secunde in quodam capitulo 1. 9.

Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. 1 Thess. 4. Ubi aliquos homines operari bona ... a deo pro ... ne eum aliquid provocet ad iracundiam et diligenter temptat obtemperare voluntati sue. Sic necesse est ut obtemperemus voluntati eius, quia per hoc sumus mancipati divino regno celorum quod nobis promisit, volumus adipisci. Math. 7. Qui facit voluntatem patris mei ille intrabit in regnum celorum. Et quodam apostolus in verbis premissis: hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Unde in predicto sermone tria sunt dicenda. Primo de voluntate et operibus dei. Secundo de fornicatione vitanda. 3o de fraude in emptione et vendicione in vno exemplo. Quantum ad primum nota hic queritur utrum voluntas dei semper impleatur. Dico secundum Thomam p. 1. q. 19.

Et videtur quod voluntas dei semper impleatur. Et quicquid deus placet hoc fit. Et impossibile est quod divina voluntas effectum non consequatur. Unde qui crederet recedere a divina voluntate secundum unum ordinem recedendo incidit in ordinem divine voluntatis dum per eius iusticiam punitur. Sed contra hoc arguitur sic. Videtur quod voluntas dei non semper impleatur. Dicit enim apostolus 1 ad Thimo. 2. Et deus vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Sed hoc non ita evenit; ergo non semper dei voluntas impletur. Respondet Damascenus. Et hoc intelligitur de voluntate antecedente non de voluntate consequente. Que quidem distinctio non accipitur ex parte ipsius voluntatis divine in qua non est prius vel posterius sed ex parte volitorum. Ad quod intelligendum. Et quodcumque quod est bonum sic est volitum a deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione secundum quod absolute consideratur bonum vel malum quod tamen prout cum aliquo adiuncto consideratur quod est consequens consideratio eius a contrario se habet. Sicut hominem vivere est bonum et hominem occidi est malum secundum absolutam considerationem. Sed si addatur circa aliquem hominem quod sit homicida vel vivens in periculum multitudinis, sic bonum est eum occidi et malum est eum vivere. Unde potest dici et iudex iustus antecedenter vult omnem hominem vivere sed consequenter vult homicidam occidi.

· q ·
P
1.a

furem suspendi et raptorem decollari. Augustinus Civitate dei xix: ut antecedentem omnem horrorem palliari. Et quidem vult quosdam dampnari secundum exigentiam sue iustitie. Idem libro quinto: utrum aliquid accidat a casu. Refert Elucidarius: Nichil omnino sine causa dei ordinatione quod tunc erit, nec edificia etiam bonorum hominum fortuitu igne [illegible] capi contingit. Refert: casus nichil est. Ieronimus enim et Iob v: Nichil fit in terra sine causa. Unde patet quod nulla etiam sine causa est in toto mundo nec contingit nec desistit nisi prius a deo ordinetur. Contingit autem hominibus de causis: prima propter enormes cedes et iniuste acquisita [illegible]. Beda. Et inhabitatores eas per immunditias contaminant. Tertia causa: Quia eas homines plus quam eterna diligunt. Quarta: nec hominum peccatorum morte nec inficit nisi dei intuitu indicet. Item [illegible] et egritudo sunt pene peccati, quia peccatum parat, nunc per distinctionem peccati nescitur. Refert idem. Sed quia per ea hoc puniret corporum dolore vel morte in [illegible] torqueat. Et hoc potest esse de domesticis peccatoribus, sed quid de plurimis? Respondeo quod egritudines recipiant, eveniunt eis a corrupto aere vel ab aliis rebus que ob peccatum hominis in contraria mutantur. Item quidem utrum in omni opere dei iustitia et misericordia concurrunt. Respondeo: Sanctus Thomas 2ª 2ᵉ dist. 46. Et concordat

Albertus de mirabili scientia dei c. 29. Unde Gregorius loquendo: misericordia divina voluntas benefaciendi creature, iustitia vero condecentia bonitatis sue. Et in omni opere est misericordia et iustitia, quia in omni tempore deus facit secundum condecentiam bonitatis sue et voluntatem benefaciendi creature. Unde psalmus: Universe vie domini misericordia et veritas. Et psalmus 144: Iustus est dominus in omnibus viis suis. Sed contra istam arguitur: In iustificatione impii appet misericordia et non iustitia. Tertia dominus [illegible] presupponit meritum. Sed iustificationem impii non precedit meritum, ergo etc. Refert Holkoth super librum sapientie c. l. Sed in iustificatione impii precedit motus liberi arbitrii attinens ad hoc quod aliqua causa iustitie, vel quia deus infundat sibi gratiam. Vel dic: est ibi iustitia ex parte dei qui quodammodo debitor efficitur [illegible] ex promissione. Unde glossa super illud: Iuste ut iustificeris in sermonibus tuis: Dominus homini promisit ut penitentibus veniam peccatoribus largiretur. Et sic in iustificatione impii ex utraque parte dei et hominis iustitia et misericordia recipitur. Item arguitur: Parvuli baptisati affliguntur in infirmitatibus et morte et ibi nulla appet iustitia, quia liberati ab omni peccato non sunt debitores alicuius pene, ergo iniuste puniuntur. Refert Holkot: Baptismus aufert reatum divisionis divine sed [illegible] mediat, nec tunc aufert penalitates que naturam consequuntur ex defectu suorum principiorum mediante peccato originali. Unde baptismus absolvit a reatu mortis eterne et aliarum penarum naturam corporee corruptibil gendum. Et secundum albertum est ibi misericordia quod sic probat. Miseria dei est subito punire eciam innocentes ut alij videntes magis timeant et erudiantur. hoc enim procedit de fonte pietatis bonitatis quia in multos. Sic dominus quod pater voluit eorum pati ex pietate quam habuit in omnes homines // Item hic queritur

1 quare pro originali peccato innocentes culpa parentum deleta. Respondetur secundum

r.o magistrum sententiarum et eciam alios doctores. Ideo ut non contraherent aliud nomen non esse sic tam nobile hic dantur // 2o ut plus mereantur // 3o ut plus humiliarentur. Item ut timore minuatur ne precepta dei facilius transgrediantur // 4to ut amiciciam dei experiantur qui quos amat corrigit et castigat sed arguit. Sed pueri qui sine baptismo in originali decedunt propter culpam alterius videntur puniri ergo

r.o ibi nulla est misericordia. Respondetur quod in illis pueris naturalia consistunt in esse pro misericordia dei. Unde ipsa dicit Thomas dominus non punit condigne. Item Thomas in 2o di. 33. pueri in originali peccato decedentes nichil dolebunt de carencia visionis divine ymmo magis gaudebunt in hoc quod participabunt multum de divina bonitate in perfeccionibus naturalibus. Ideo autem non dolebunt de carencia visionis divine / ~~ymmo magis gaudebunt~~ in hoc ~~quod participabunt multum de~~ divina bonitate / quia adhuc nunquam fuerunt proporcionati nec eciam parte racione quia ad hoc non attingit. Nec eciam parte gracie quia habent proporcionis actibus attingere requirere. Unde de hoc conplu- Ubi gracia nulla sic non eligere in papam vel episcopum vel in regem non est hoc dolet nec tristatur quia ad hoc nunquam fuit proporcionata ad talem dignitatem. Sic eciam est de illis pueris. Item nota quod petrus de palude dicit super 2o libro sentenciarum quod tales pueri habent naturalem felicitatem et melius est eis quam alicui homini in hoc mundo potest esse temporaliter. Item Bonaventura super 2o li. sentenciarum dicit quod sicut in beatis patet iusticia misericordia et in dampnatis iusticia mixtura. Ita et in istis pueris regulariter utrumque. Et hoc per decretum omniversi // Tercium ad 3am procedit hic apostolus ut abstineatis vos ab omni fornicacione et merito quilibet qui vult salvari debet abstinere se ab omni fornicacione. Circa secundum augustinum hoc preceptum non mechaberis prohibet omnem illicitum concubitum. Unde in decretis Ad meretrices accedere est divinitus prohibitum. 32 q. 1. meretrices. Et quod patet quod eciam simplex fornicacio scilicet solutus cum soluta est peccatum mortale // Item hic queritur utrum in tactibus et osculis et

./. huiusmodi sit peccatum mortale / tamen secundum quam racionem non inveniunt peccatum mortale quia possunt absque libidine fieri vel propter consuetudinem patrie vel propter aliquam necessitatem aut racionabilem causam. Et sic fiunt libidinose et cum delectacione sunt mortalia. Unde et solus consensus in delectacionem mortalis est. Et addit post secundum Wilhelmum quod eciam appetitus

./. Require 190. 2a. 2e. q. 154. ar. 4. Et de hoc dicit petrus ... li. 2. ...
secundum ... sua 2e. consila et ... tactus et amplexus ... sua 173

libidinosus mortale est. Ulterius quicumque videt mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est. Item tertio illa maior fornicatio omnibus. Queritur hic utrum puelle in annis puerilibus aliquid carnale committentes perdant virginitatem. Respondeo secundum Albertum non quia non est in eis complexio deliberationis nec etatis perfectio et delectationis impetus. Queritur utrum virgines violentiam passe amittunt virginitatem. Respondeo secundum Thomam in scripto distinctione 33: Que per violentiam corrumpuntur sive ab homine sive a demone in corpore virginitatem non amittunt. Et mens non potest corrumpi ut confluente corpus a corruptione vel saltem mente a consensu. Unde hoc dicitur in decretis: Cum virginitas sine consensu corrumpitur meritum castitatis duplicatur 32 q. 4 c. 1. Quantum ad septimum preceptum dicit hic apostolus ne quis supergrediatur neque quis circumveniat in negocio fratrem suum etc. Hic Seneca: dignum est ne quis supergrediatur id est violentiam inferat neque circumveniat id est occulte decipiat in quocumque negocio fratrem suum id est proximum suum. Hic apostolus non reprehendit negociationem sed circumventionem. Negociacio enim in se est bona et necessaria. Ordinavit enim deus ut nulla terra sibi ipsi sufficiat in omnibus sed sibi mutuo subveniant. Unde negociatores sunt quasi omnium mundi du per multa pericula latronum fluminum in unum trahentes. Quanti autem multi boni negociatores sint ostenditur in vitas patrum. Cum quidam devotus heremita petisset in oratione sibi a deo revelari tunc quis eius equalis dictum est ei quod tali mercatori qui in iustitia et veritate mercimonia sua vendit et emit. Sed heu plures sunt qui in fraude decipiunt proximos in ponderibus inequalibus et mensuris et in verbis mendaciis et deceptoriis. Unde hic queritur quid sentiendum sit de illis qui nec emere nec vendere noverunt nisi cum mendaciis in anime et periuriis. Respondeo secundum Raymundum: Quotiens causa decipiendi periurat vel mentitur scienter peccat mortaliter et tenetur ad restitutionem. Item queritur quid de illo qui scienter emit rapinam vel furtum. Respondetur quod semper tenetur rem reddere etiam si aliquis moriatur vel sibi violenter auferatur nec liberatur alienando alteri. Ratio est quia ipse furtum emit rem alienam invito domino contractando. Neque precium quod dedit potest repetere ab illo cuius res est. Talis tenetur omnes fructus perceptos et qui medio tempore percipi potuerunt. Et si expendit rem detinendo quia ad ipsum pervenit non liberatur. Et idem dicendum est de 2o et 3o et ulterius emptoribus male fidei. Item queritur hic utrum liceat ad iudeis comparare hoc. Et arguitur primo quod sic: Ecclesia permittit eos nobiscum commorari. Sed non possunt nobiscum commorari nisi vendant eis necessaria. Respondet Henricus de Hassia in tractatu de contractibus mundi c. 4: Christiani possunt eis vendere necessaria vite. Sed non quod pecunia usuraria sit quia quidam eorum pro tali pecunia essent impotentes ad satisfaciendum illis quorum est tale pecunia vel quibus tenentur ad satisfaciendum de tali pecunia. Constat autem quod bene possunt nobiscum commorari sine hoc quod vendant eis necessaria pro tali pecunia. Tamen non debeat hoc talem pecuniam nec de tali recipere. Sed unde debeat de laboribus vel de

bonis quibuscumque possessis iuste
seu habitis per quibus prius emerat
inutilia vite et per quibus per pecuniam
licite prius eos vendat inutilia vite
Et idem Henricus de Oyta. Tamen ipse
iudeus in pecunia usuraria emit
potum panes calices vel pisces cum
hiis usus est eius consumpcio. Et quia
ipse prophane et delinquens comedit ut
cuidere patet de iudeis. Similiter et in
cedens homini christiano habere quidam
cum aliquo iudeo vel pater eorum re-
stitucionem habet eo quod in tali tamen cum
tali iudeo quidam habet ordinem dam-
ni proprio prebet sed illi non res usura-
ria vel equivalens debet restitui. Sta-
tuit tamen preceptum et dilectionem proximi
q. h ille // Tandem vtrum licitum sit iudeis
laborare et eius precium recipere quod
1o mechel habet propter usuram. Respondet idem
doctor Henricus de Oyta. Si talis
laborat iudeo in licitis et honestis
in quibus tamen consequitur utilitatem
quod utilitas sibi compensatur cum precio
quod dat laboranti vel equivalet. Et
talis iudeus non fit pauperior prop-
ter precium datum nec magis impotens
Sed pocius manet magis vel eque po-
tens ad satisfaciendum illis quibus tenetur
ad restitucionem in tali casu et simili-
bus licitum est recipere precium de pecunia
usuraria sicud cultores agrorum vel
vinearum. Sed qui iudeus dando preci-
um efficitur impotens ad restituendum
ut qui laborat ipsius conquestos pue-
ros lactando vel medicando vestes
parando vel calceos suendo earum
quibus nulla opera impediuntur ex
quibus consurgat sibi utilitas que
compensari posset cum precio ibi non
est licitum ab aliquo recipere tale pre-
cium et per consequens nec ob la-

q. borare nec suum sibi ille // Item
queritur de illis qui ludunt cum
1o iudeis. Respondet. Tamen super eo quod lucrantur
a iudeis tenentur restituere illud a quibus
ipsi iudei per usuram illa per usu-
ram extorserunt si tales prius sciunt
et investigare. Si autem non prius
sciunt quibus restituenda sit illa
pecunia tunc in foro consciencie tenen-
tur dare cum consilio suorum confessorum
in pios usus. Respondet. Tamen deus
vindex est de omnibus hiis quod
Si quis fraude fecerit sive dederit
perit vel malum pro bono. Nec non
malum pro malo reddit. Et hiis omnibus
vindex est id est ulcionem querit. Unde
in psalmo. Quia deus ulcionum dominus
Hoc ipsum ostendit qui ementes
et vendentes de templo precipit
q. Unde hic eos queritur. Vtrum ipsum
esse in celis sint reatus. Respondet. Clau-
1o dicimus. Tamen in deo non sunt tales
motus nec quod ut scriptum est deo
ordo non tamen quislibet indicat. Sed
per malos puniri nemo est qui
B hoc parcat? vim? Item queritur
q. vtrum quis posset deum odio habere
1o Respondet secundum Thomam secunda secunde q 34 articulo 1
Tamen deus potest cognosci dupliciter uno modo
per essenciam suam sicud cognoscitur in
vita beata per suam essenciam. Et ipsa
sua essencia est summa bonitas et
non potest odio haberi nisi magis
amari. // Secundo modo deus cognoscitur
per suos effectus non solum aliquos effectus
dei qui reddunt apud homines
amabilem sicut viue et intelligere
et sunt et alia beneficia dei que homini-
bus dat. Aliqui vero effectus sunt
qui reddunt deum aliquibus hominibus
odiosum sicut quod punit peccatorem
per sua delicta in corpore et rebus

vel pueri et consanguinei. Et sic
tamquam peccatores et mali homines o-
dunt deum. Vnde Joh. 15. Qui odit me
odit // Vnde eciam de infirmita-
te misericordia dei Cristifer qui negat christum
et det sepium dyaconi(?) ff filia dun
sui Rome in principio c. 22.

Estote imitatores dei sicut
filii carissimi. Ad ephe. 5.
Quia nos fideles christiani
viam regni celestis per passionem
sic aggressi. Et sic in processu.
Et ideo ne in via erremus hor-
tatur nos apostolus hic ut christum
imitemur dicendo: Estote imitato-
res dei // Vnde in presenti sermone
circa istam dicenda que hic tanguntur
in epistola // Primo quod debemus
imitari christum // 2o de hiis que tur-
pia et scurrilia verba proferret
// 3o de operibus nostris cum deo
exemplo // Quantum ad primum scien-
dum. Quod nullum insanius nullum
tamen nullum gloriosius et nullum
fructuosius imitari nisi christum.
Quia ipse est nobis datus in
exemplum perfectissimum quia in eo totius
perfectionis normam invenies pro
perfectione cuiuslibet religionis. Ego
sum vermis et non homo. Si
paupertatem vulpes foveas habent etc.
Si caritatem maiorem caritatem nemo
habet etc. Si obedienciam factus est obediens.
Si paciencie Cum non pateretur non com-
minabatur cum malediceretur non
maledicebat. Si tocius pietatis
et misericordie pro suis crucifixoribus oravit
dicens Pater ignosce illis etc. Vnde ple-
num gracie et tocius virtutis perfectio-
nis et sanctitatis ut non solum

plenum sed super affluentem. De ple-
nitudine eius omnes accepimus gra-
ciam et misericordiam. Vnde Augustinus de vera
religione. Tota vita christi in terris
quam per hominem gessit disciplina morum
fuit. Vnde Jo. 3. et hic. Non se glorietur
christianum qui nomen habet et factum non sic
certissime ille est christianus qui facit
sicut christianum decet. Ambulans sicut
et ille ambulavit. Vnde Ambrosius Omnia
habes in christo. Si a morbo indiges
virtus est. Si mortem times vita est.
Si celum desideras via est. Si tenebras
fugis lux est. Si cibum queris ali-
mentum est. Gustate ergo et videte
quoniam suavis est dominus // Secundo sciendum
Quod crucem christi diversimode
portant. Quia quidam portant hanc
non sermone tamen et sunt illi qui pos-
sunt crucem sed nunquam penitencie in te-
dio et in solitudine et in labore. Quam
crucem penitencie sed religionis et labo-
ris nequaquam portarent sed commode
subterfugere possent // 2o portant
crucem tribulacionum et miseriarum et
afflictionum non late sed pendentes in
sinistra parte christi qui sibi dexteram su-
um quia in populo reducerem gentis
et hominum fuit in cruce populus
iste fuit. Dic michi per quam penitenciam
demandaret apud deum sed apud
homines tribulantur vexantur et parum
ut eorum afflictio incipiat hic in pre-
senti vita et exhalet in futuro perve-
niet. Et sic portantur Luce 14. dupli-
ci contradiccione contra eos dicit // Tercio
non portant crucem afflictionis et
miserie non latenter in corpore quibus
crucem et salutem invenirent in par-
cere sufficiet quod christum vident se pen-
dentem in cruce innocentem mori videt
quod illud Luce 23. Nos quidem digna fa-
ctis factis recipimus et ipse hic

Et tales sunt passione et innocentem mortem Christi participes qui et tanta passi sunt. Nec tamen nullam penam sentiunt in petri 2° Qui penam non sentit nec inveniet. Unde Gregorius Si passio Christi ad memoriam reducitur nichil est quod non equo animo tolleretur. Quantum poterint acute sue afflictionis et miserie tum Christo. Et sic illi qui mala sustinent et pacienter et letanter penam quam sustinent non meruerunt. Quos deus pie tamen ihesu Christo cottidie crucifigi et mortificari permittit in mundo ut coronentur in celo. Et quos plus affligi hic permittit tanto magis honorabit in celo ubi erit ineffabile gaudium. Unde Ieronimus in epistola Nullus labor durus nullum tempus longum videri debet quo gloria eternitatis acquiritur. Unde Augustinus [illegible] [illegible] dicit in illa patria quia ibi semper ~~mors~~ sanitas non est ibi nec luctus non lassitudo non infirmitas non fames nec sitis nulla corrupcio nulla miseria. Ideo filii karissimi [illegible] [illegible] omnes homines sunt filii dei per creacionem sed hec est gradus quando homines spiritualiter dicuntur filii dei. Primi qui diligit inimicos [illegible] diligite inimicos vestros. Secundi sunt pacifici [illegible] Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Tercii sunt misericordes Ecclesiastici 3 Iudicando esto pupillis misericors ut pater [illegible] et eris tu velud filius altissimi obediens et miserebitur tui magis quam mater. Ideo Et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit vos ubi supra. Cum deus diligendus est super omnia quia nulli creature tantam ostendit dileccionem sicut homini. Creaturis superioribus scilicet angelis peccantibus non pepercit. Item inferioribus creaturis in mundo viventibus scilicet animalia et volucres non ordinavit ad gloriam eternam propriam sine [illegible] creaturam sed hominem redemit sua amara passione et ad gloriam eternam ordinavit. Unde igitur nos tam ardenter diligere deum quod magis est [illegible] super se ipsum nos dilexit. Unde Bernardus Si non dilexisset me plurimum se non se dedisset pro me. Et ideo debemus Christum super omnia diligere etiam plus quam nosipsos. Ergo [illegible] dilectioni nichil preponamus nec patrem nec matrem nec filios nec divicias nec honores nec quidquam in celo et in terra creatum sed Christum preponamus omnibus rebus [illegible] et sic tunc erimus filii dei et coheredes regni celestis. Unde Augustinus Minus te amat domine qui tecum aliquid amat quod non propter te amat ab hiis quos in tua [illegible] [illegible] redemisti. Quantum ad 3am partem dicit hic apostolus [illegible] aut turpiloquium aut stultiloquium aut scurrilitas que non [illegible] in vobis ubi supra. Quia plures sunt qui verba scurrilia et [illegible] proferunt per que proximi scandalizantur et ad malas concupiscencias provocantur. Et in hoc deum graviter offendunt. Et non tales considerantur tunc dicunt quod non [illegible] [illegible] sic proferunt ore quod non est plenum corde Christus ex abundancia cordis os loquitur. Unde Crisostomus super Matheum Qualis [illegible] [illegible] talia verba profert et opera facit. Unde [illegible] [illegible] Qualis [illegible] est talia loquitur et operatur. Et hiis sequitur Et

qui talia turpia verba proferunt quod
vnde pre mulierem quod virginem in
hoc se inpendunt corda hominum oste-
dunt. Vn yss. Generalis sermo oste(n)-
talis et amorem probat. // Tercio
utrum sit peccatum mortale loqui vana
depromendo allectiva et otiosa. Respondeo
quod quando loquuntur talia verba ea in-
tencione ut aliam personam alliciat
ad malum actum peccat mortaliter.
Sed si ioco loquitur peccat veni-
aliter. // ~~Quarto utrum sit peccatum mor-
tale loqui vana depromendo~~ Unde in
decretis deus iudicat verba secundum in-
tencionem proferencium. 22 q. 5 Huma-
ne. Quod intelligendum est de
visu ut cum quis videt aliquam
personam ea intencione ut illam personam
ad malam concupiscenciam et ad
malum actum alliciat. Tunc talis
pro prima intencione peccat
mortaliter. Luce 6. Ve vobis qui
nunc ridetis etc. Sed si alias a-
videret aliquam personam propter notici-
am vel ex quadam levitate vel con-
suetudine vel ex amatore vel
ioco tunc ipse peccat venialiter.
Quod intelligendum est de ipso
tunc quis inspicit aliquam personam
ea intencione ut eam ad malum concu-
piscere velit peccat mortaliter. Math.
5. Qui viderit mulierem ad concupis-
cendum eam etc. Sed quando quis videt mu-
lierem vel virginem tamquam rem vel
ymaginem pulcram non mala cogi-
tando nec affectando non est peccatum
quamvis sit incautum. Unde Gregorius: non
licet videre quod non licet concupisci. Und-
et Augustinus in regula nostra: feminas
videre prohibemini sed appetere vel ab ipsis
appeti valde dampnosum est. Item
quando de bonis loquuntur tunc angeli
sunt presentes. Sed quando de turpibus

tunc demones presentes sunt. Hoc quod in
prompte l. 10 // Quantum ad 3m dicitur — q
hic applicando ut filii lucis ambulate
scilicet de bono in melius proficiendo. Et
q — hoc per virtutes et bona opera que sunt
-8- — meritoria vite eterne // Unde hic queritur — -8-
1-o — utrum unus et idem actus voluntatis possit
esse malus et bonus. Et arguitur quod
sic. Motus enim est unus qui est con-
tinuus ut dicitur 5 phisicorum. Sed unus
motus corporis potest esse bonus et malus puta
si aliquis ad ecclesiam quis vadens
primo quidem intendit inanem gloriam postea
deo servire. Respondeo secundum Thomam 1a 2e q. 22 — 1-o
ar. 6. Nichil prohibet aliquid esse unum
secundum quod est in uno genere et esse multa
secundum quod refertur ad aliud genus. Sicut
superficies continua est una secundum quod conside-
ratur in genere quantitatis tamen est multa
secundum quod refertur ad genus coloris et sit
partim alba et partim nigra. Et secundum hoc
nichil prohibet aliquem actum esse unum
secundum quod refertur ad genus nature qui
tamen non est unus secundum quod refertur ad genus
moris, verbi gracia. Ambulacio con-
tinua est unus actus secundum genus nature
potest tamen contingere quod sint plures secundum
genus moris. Si mutetur ambulantis
voluntas que est principium actus mo-
ralis. Si ergo accipiatur unus actus prout
est in genere moris impossibile est
quod sit bonus et malus bonitate et ma-
licia morali. Si tamen sit unus unitate nature
et non unitate moris potest esse bonus
et malus // Item arguitur sic. Tunc finis — 9
sit quod instrumentum domini tunc actio servi
est actio domini sicut actio instrumenti est
actio artificis. Sed potest contingere quod actio
servi procedat ex bona voluntate domini
et sic sit bona ex mala voluntate servi — 1-o
et sic sit mala ergo etc. Respondeo quod alio modo
actio est servi et actio domini. Ideo non
prohibet unam esse bonam aliam malam
secundum diversitatem voluntatis // Item quid — R — -7-

q. 1.o Utrum in singularibus actibus aliquis indifferens inveniatur. Respondeo secundum Thomam in scripto. Quod nullus actus a voluntate deliberativa procedens potest esse quin sit bonus vel malus. Cum enim omnis sit dirigere actum a ratione ~~m~~ deliberativa procedens, si non ad debitum finem ordinatur, ex hoc ipso repugnat rationi et habet rationem mali. Ut dare elemosinam propter vanam gloriam. Unde actus ille est bonus, sed non ordinatur in debitum finem, ergo habet rationem mali. Si autem ordinetur ad debitum finem, congruit ordini rationis. Unde habet rationem boni, puta dare elemosinam propter deum indigenti etc. Necesse est autem quod ordinetur vel non ordinetur ad debitum finem. Unde necesse est omnem actum hominis a deliberativa ratione procedentem esse bonum vel malum. Si autem non procedit a ratione deliberativa sed ex quadam ymaginatione, puta cum aliquis fricat barbam vel movet manum vel pedem, talis actus proprie loquendo non est moralis vel humanus, cum hoc habeat actus a ratione. Et sic erit indifferens quasi extra genus moralium actuum. Item quicquid contingit per abruptum actum non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, puta levare festucam de terra et huiusmodi. Et tales actus secundum suam speciem sunt indifferentes. Non quod actus humani vel morales dicuntur secundum quod sunt a ratione hominis procedentes. Ergo sartor, sutor, pistor, faber, lapicida etc. et generaliter omnes mechanici et laboratores, qui sunt ancille, qui famuli, in omni labore suo aut merentur aut demerentur. Certum si est in gratia et fecerit, laborat semper in omni labore suo merendo gaudium vite eterne. Unde ps. 21.

P.

Labores manuum tuarum quia manducabis. [illegible] Beatus qui diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ro. 8. Sed accidiosus laborat cum tamen demeretur apud deum et meretur apud dyabolum penam eternam. // q. 1.o Item quero an sancti in celo existentes possunt peccare. Respondeo secundum Thomam quod non, quia sunt in bono confirmati angeli et sancti. Et hoc communiter arguitur. Gloria non tollit naturam sed defectum nature; peccatum autem non aliquid de se sed nature defectus est. Item sciendum quod nullus potest loqui aliquid nisi quod meretur vel demeretur. Sed est loqui est actus rationis. Unde [illegible] polluto [illegible] nullum malum naturale secundum sermonem [illegible]. Item Bernardus dicit. Cum inducit aliquis ad actus viciosos [illegible] ubi per hoc [illegible] dampnum sed intuendo eum offeratur ad [illegible] et [illegible] per se vel per alium [illegible] propriis vel alienis. Unde [illegible] de bona voluntate dei quam habet ad peccatores. Narrat beatus Anshelmus in libro de similitudinibus quod semel exiret de una civitate ad aliam. Lepus a canibus et venatoribus insequebatur. Et dum esset [illegible] captus nec haberet effugium aliud, de sub equo in quo sedebat beatus Anshelmus habuit presidium. Quod advertens [illegible] frenum ad se sui equi et stetit firmus [illegible] tendentes equum sub quo [illegible] aut intrare leporem aut [illegible] ignorabat quid dominus equi facere vellet, an tradere persequentibus an [illegible] eum et restitueret pristine libertati. Deinde venerunt venatores et videntes leporem sub equo gariunt scilicet credentes ipsum capere posse et volentes. Apud Cantuariensem sub ego Beatus Anshelmus prohibuit dicens non est querendum illud offendere quod sub vna veneat protectione. Et precepit leporem sue perfrui libertati. Cum lepus advertens ad campos exiliret gaudens videlicet remanentibus venatoribus et canibus dolentes de hoc quod viderant. Quid ergo ipse per se exponit lepus est anima peccatoris que a canibus et venatoribus inferni insequitur ipsa quod non videt posse se hoc effugere. Tandem sub equo quo sedet Christus pedes id est sub fide et doctrina Christi celebratur tremebunda se abscondit quod ignorat quid posset sessor equi id est Christus in ea velit agere. Quod pius dominus advertens scelerum eius id est miserie timentis a canibus et venatoribus inferni eam defendit et dimissis peccatis eam restituit pristine libertati.

Illa que sursum est Ierusalem libera est que est mater nostra. Galat. 4. Cum ista 1o sacro tempore etiam prime aspiremus et iam in tunc sursum ad celestem Ierusalem id est gloriam. Unde sanctus Paulus qui usque ad 3m celum raptus est nobis recommendat illud celeste regnum dicens Illa que sursum est Ierusalem. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola. Primo commendatio salutis celestis regni. Et quod dicit novum et vetus testamentum. 2o quod ab ...mino mundi mali presenti sunt bonos. 3o de libertate qua nos Christus liberavit cum exemplo. Circa primum ad primum sciendum Quod apostolus commendat nobis celeste regnum aptitudine dicens Illa que superior regnum. Et vere est superior quod in celo empireo et est tam alta quod non potest mensurari. Tum enim minima stella secundum Alfraganum sit maior tota terra tamen per nimiam altitudinem tam parva videtur. Eccl. 1 Altitudinem celi latitudinem terre et profundum maris quis dimensus est. Et quia tam alta est illa celestis Ierusalem tunc ibi est mundicia maxima. Sicut ima sordes ad valles defluunt. Unde Iohannes dicit super ly quod adveniens in terra pii pectus dominum Ihesum statim eiusdem civitatis contemplatus dicit Apoc. 21 Non intrabit in eam aliquod coinquinatum aut abhominationem faciens aut mendacium nisi qui scripti sunt in libro vite et agni. Ideo primus angelus ibi perstare non potuit cum peccato sed cecidit ad profundum inferni. 2o commendatur celeste regnum in verbis premissis a plena libertate in dicit libera est, ea que in presenti aggravant et destruunt corpus hominis sicut ista fames sitis estus et fatigatio ab hijs omnibus liberantur. Ibi Apoc. 21 Absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum id est omnem lacrimandi causam. Et mors ultra non erit etc. Unde Bernardus de consideratione Non surgit ibi aliqua malicia non timor iniuria nulla ibi estudo nulla necessitas nulla ibi fames nec sitis nec frigus nec temptatio inimici nec pertinax voluntas Nec delinquendi facultas sed totum leticia totum exultatio. Puto quod quilibet homo libenter iret ad illam civitatem ubi moraretur in qua non posset infirmari nec mori nec in qua nichil adversi haberet et in qua omnes divitias et delicias et voluptates possideret. Unde Augustinus de civitate dei Illius civitatis est una in omnibus inseparabilis voluntas ab omni malo liberata et omni bono referta. Ter-

M

D

P

ne gaudeat a mutua caritate. In
dicit: Nunc meum est in hoc enim. Re-
superna civitas iherusalem nunc meum dicitur
ostendit nobis quomodo illius civitatis
et nos amet et a nobis amari desi-
deratur. Mater enim amat et amatur
pro quo sciendum. Quod in eterna patria
proximum diligimus sicut nosmetipsos. Ibi
enim caritas maior et ibi perfectior. Nam
nunquam aliquis pater intime diligit
filium nec mater filiam nec etiam fra-
trem sicut in celo unusquisque proximum
suum. Ita nec pater nec mater nec ceteri
consanguinei ita gaudent sicut de suis cu-
ius sunt reges sunt principes sancti vel
etiam quandocumque magistrati in hoc mun-
do sicut ibi in celo unusquisque gau-
det de gloria proximi. Et qui in maiori
gloria maius gaudium tibi prestet.
Ergo beata virgo maria post deum maxi-
mum gaudium prestat. Nam considerat et
perspicit omnium eorum multa et gau-
dia sua post hoc patriarche et prophete
Apostoli martires confessores et virgines
et quidem omnes electi in celo quorum
quilibet in summa caritate gaudebit tamen et
ergo in certa. Quia in celo diligimus
et cognoscimus nos mutuo. Unde magister
sententiarum li. 4 dis. 49 per caritatem que
in singulis erit perfecta tunc quisque
gaudebit de alterius bono quantum de
se habet in se ipso. Et iam dictum patet
claret quod quilibet in celo omnia multa
et omnia gaudia sentire. Quod quod sibi
deficit in alio habebit. Unde etiam Gregorius
Et illius enim sancte et perfecte carita-
tis virtute fiet ut unusquisque ha-
beatur sicut in alio quod non habet in se ipso mi-
to. Unde habetur quod. Item beatus plus
diligunt propinquos quam extraneos se-
cundum Adam et equaliter bonos plus

diligit proximos. Ergo consangui-
neus vel aliquis alius amicus quem
hic ordinato amore dilexisti. Ista
dilectio augebitur in celo et perfi-
cietur. Unde nunc in milleplo plus
diligit puerum in celo quam hic di-
lexit in mundo. Exemplum de uxore
et ergo sic fecit christus. Et ista
dilectio debet esse magna consolatio
christianis qui amici moriuntur. Apostolus
ad Thessalonicenses 4. Nolumus vos igno-
rare de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui
spem non habent sed resurrectionem futu-
ram. Quia etiam fidelis debet spem habere
quod si hic liberorum suorum commoditas
est non sit hic tibi fidelis non cau-
tatis sunt multo plus in futuro
erit. Item sciendum quod ordo di-
lectionis in celo attenditur quantum ad
propinquitatem ad deum. Ergo quanto quis
deo et in celo proximior tanto fer-
ventiore amore diligitur a sanctis
et ab angelis. Unde beata virgo
maria ibi pre omnibus sanctis a
quolibet diligitur. Electio quia ipsa
est deo proprior. Et quidem Johannes bap-
tista petrus paulus et cetera. Quia
quilibet in celo diliget sanctum quod deo
erit propior. Item notandum quod ca-
ritatis futura. Primo debet inducere
quemlibet christifidelem ad diligendum
proximum suum. Nam quomodo potest
illum odire et sibi malum pro bono opta-
re aut sibi non fauere bonum quod sibi
deus contulit qui in futuro plus te
diliget in celo quam omnes inimici
parentes tuos dilexerit in mundo. Secundo
debet quemlibet christifidelem inducere ad sub-
veniendum proximo in elemosinis et
vite miseriis. Nam quare potest modo
proximo denegare hic temporalia qui

tem gaudet in futuro omnia sua
merita // Tertio deus inducit ad co- 3
gnoscendum preceptum dei quodlibet opus
bonum scilicet et remedium elemosinam da-
re malis pro grege orare eciam pro fre-
quente tempus nam per veram fidem habe-
mus tunc deum quod omnia bona opera
proximi tui erunt in celo. Et iste
est tercius articulus fidei scilicet creatorem
gubernatorem et preparatorem omnium incolu-
mium hic et in futuro. Unde in psalmo
prorumpe nunc fac deus omnia nova // Iterum
apostolus hic dicit hec sunt duo testa-
menta. Unde hic quantum que sit differentia 1.
inter antiquam et novam legem. Secundum sanctum 2.o
thomam prima secunde q. ci. Lex una disting-
uitur ab alia sicut perfectum et imperfectum.
Et vero huius ad intelligenciam sciendum est
triplex. Prima est illa lex est per- 1
fectior que ducit hominem ad perfec-
tiorem fidem vel finem sed lex antiqua
ordinabat hominem ad finem terrenum
et imperfectum. Que enim promittebantur
servantibus legem antiquam scilicet aug-
mentum sobole. Ysa. primo. Si volueritis et
audieritis me bona terre comedetis
// 2a prolongacio vite temporalis Le- 2
vitici 18 Custodite leges meas atque
iudicia que faciendo homo vivet in eis
Sed servantibus novam legem scilicet celbata
perfectione promittitur regnum celorum Mat-
thei 5 Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est
regnum celorum // 2o promittitur eis vita 2
eterna Math 19 Vos qui secuti es-
tis me et reliquistis omnia etc. ac.
// 3a vero talis est illa lex perfecti- 4
or est que ducit hominem ad perfectio-
rem iusticiam sed hoc facit lex nova
que cohibet manum et animum a operatione
et cogitacione. Sed lex vetus solum
cohibet manum a operatione propter quod

capitulo dicit Math. 5 Nisi habundaverit
iusticia vestra plus quam scribarum etc. Ter- 3
cia racio est quia illa lex perfectior est
que inducit homines ad servandum manda-
ta et precepta amore quam timore. Sed
hec lex nova et non vetus. Augustinus
Breviter differentia legis amor et timor
ergo nova lex est perfectior. Cum
ergo iudei antiqui sollicite legem an-
tiquam servaverint que non ad perfectam
et eternam vitam deducebat. Quan-
to magis nos debemus cum omni sollici-
tudine novam legem pro remuneracione
dei vita eterna sollicite custodire // Sed
quantum ad secundam partem illius sermonis 1.
dicit hic apostolus. Quomodo tunc hic qui 2.o
secundum carnem natus fuerat persequebatur eum
qui secundum spiritum ita et nunc. Glossa dicit
super illa verba. Quia mali odiunt
bonos et persequuntur non est novum
1 Immo cepit a principio mundi. Odi-
vit enim Cayn fratrem suum et occidit
eum. Gen. 4 e persequitur Ysmahel
Ysaac. Unde hic apostolus dicit in ver-
bis premissis. Et ecce Gen. 21
Odivit etiam Esau fratrem suum Iacob
valde eum occidere. Gen. 27 Oderunt
2 etiam fratres Ioseph et ipsum vendide-
runt. Gen. 37. Sed odium tale non debent
iusti et boni timere ad capitulum dicit Mat-
thei 5 Beati estis cum maledixerint vos homines
et persequuntur. Immo mundus odivit domi-
num suum scilicet Ihesum Christum. Io. 15. Si mundus
2 vos odit scitote quia et me prius. Iohannes
15 dixit Ihesus discipulis suis. Mementote ser-
monis mei quem ego dixi vobis non
4 est servus maior domino suo. Si me per-
secuti sunt et vos persequentur. Et quia
communiter solet esse mundus sine causa
Christum odio habuit. Et dicitur psalmo 119. O-
dio habuerunt me gratis. Immo odio ha-

buerunt eum quem amare debuerunt ut ps. 118 posuerunt adversum me mala pro bonis et odium pro dilectione mea non inmerito. Ergo tempore fideles ut egere dicit se eos odiat qui amare debuerunt Augustinus magister consolatio est inchoare ex capite. Tercio secundum quod dicit scriptura Eice ancillam et filium eius non enim erit heres. Ubi notandum quod inter alia que habentur mundi de predicat istud est potissimum ut simul valeant utrique filii et ancille heredes. Item sicut pro filii debere esse. Sed tamen dominus concedit propter mala que evitat et propter multa bona que ex hoc sequuntur. Unde de hoc Seneca li. 1 declamationum c. 6 dicit Quidam medicina uxore statim duxit aliam puerum prime uxoris ad unus ad extera villa ex ciuitate misit educandum. Et ex secunda uxore satis cito habuit filium alium quem etiam ad eandem villam misit ut utrique filium educandum post longum autem tempus ut reduceret forte ante plebs fuerant licet eius mater esset et ex forte utrique dum Antilogium intimitur sicut et primus sicut multo netus coniungit. Querente autem matre a patre quis duorum filiorum eius proprius esset noluit ei dicere pre se ipsa complecte et flere filii videntes inuicem seu nouercam flere flebant cum ea. Quibus pro aliis dicebat Quid fletis o pueri. Ecce mea non inducta sibi quis uestrum esset filius primus eius. Et forsan ideo quod si sciret non solum haberet curam de filio suo et non de filio alterius matris. Ita quod sit remanente in dubio curam gerat utriusque equalem. Applicare istum processum intelligitur Christum qui habet duos filios unum de matre iudicia in patria hoc est in conscientia mala qui illum concepit dolore et peperit miseratione. Aliam vero uxorem est considera bona quod etiam habet filium id est hominem bonum et electum quem a deo in ciuitate id est in villa huius mundi equaliter nutriunt. Pluat ei pluuiam super bonos et malos et solem suum facit oriri super iustos et iniustos. Et etiam quod est nouerca malorum et mater iustorum ignorat in presenti quis sit filius electus vel quis prescitus. Ecclesiastes 9. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. Sed pro nunc Christus simulat ne puer absque merito remaneat sed ambo sunt nutriendi. Dicit Ecce bonum est homo esse in maiori multo quod inter malos bene viuunt. Et ecce mali etiam propter conuenti propter exempla bonorum. Sed in fine messis non discernatur bonus a malo .i. quis sit de saluandis vel dampnandis. Quantum ad tercium dicitur applica. Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere qua libertate nos Christus liberauit. Prima adam et eua per se preuaricauerunt. Sed ergo Christus per se satisfecit. Primo similitudinem dei superbe appetierunt et ad hoc invitauit eos serpens dicens eritis sicut dii. Sed ergo Christus ad satisfaciendum assimilatus est sceleratissimo scilicet Barrabe latroni quem Pilatus dixit Quem vultis ut vobis dimittam Barrabam an Ihesum qui dicitur Christus. Et ipsi iudei petierunt Barrabam dimitti et Ihesum crucifigi. Et Barrabas latro est dimissus et Christus ad crucem

indutus et in medio duorum la-
tronum suspensus. Et adimple-
ta scriptura illa que dicit: et cum iniquis
deputatus est. Ys. 53. Secundo domini inde- 2
bite fuerunt illusi per herodem
dicentem Omnes bonum et ma-
lum. Sic christus ad satisfaciendum
dum ipse pro illis reputari voluit
in omni conventu suo et indutus veste
alba remisit eum ergo ad pylatum
tamquam fatuum. Item iudei vela-
bant faciem eius et alapis et
colaphis eum ceciderunt dicentes
prophetiza nobis christe quis est qui
te percussit. Tercio primi parentes ca- 3
ruerunt non sua sed ficulnea ligni
que ipsi sine licentia receperunt.
Sed christus ad satisfaciendum pro eadem
et spoliari voluit vestimentis
suis. Ps. 21 Diviserunt sibi vesti-
menta mea et super vestem meam
miserunt sortem. Hoc specialiter
mirum de tunica inconsutili quam
nolebant scindere ut habetur Joh. 19
Ut doctor Gotfridus in suo pan-
theon dicit Cum dominus puer natus
esset in terra et virgo mater me-
eius non haberet unde posset eum co-
operire de telis vestem in-
consutilem induendo colore fuit.
Item de eadem veste legitur in quadam
hystoria Cum ad pylatum a Tyberio
cesare esset citatus et romam ve-
nisset. Cum eum cesar nimio
furore repletus fecit eum ad se du-
ci pylatus autem tunicam domini incon-
sutilem secum detulit quam indutam co-
ram imperatore placavit. Unde ut
imperator eum vidit omnem iram
suam deposuit et ei primus assurge-
ret nec durum ei loqui aliquod potuit.
Et qui in eius absencia videbatur

tam severus in presentia ipsius inventus
tam mansuetus. Et quia dum ipsa
tunica opertus non fuit iudicium cont-
ra furorem motus dare non potuit.
Sed postquam tunica ipsa exutus fuit
furorem eum motus recepit. Tandem
missus est in carcerem et ibi in
multis modis calamitatibus se
ipsum manu propria interfecit. Et infe-
liciter obiit. Quarto per hoc quod ipsis 4
inhibitum fuit cum impetu comederet.
Gen. 2 Vidit mulier quod bonum esset
lignum ad vescendum et pulchrum ocu-
lis aspectu quod delectabile. Tulit de
fructu illius et comedit deditque
viro suo qui et comedit. Sic christus
ad satisfaciendum amarum cibum et
amarum potum in cruce pendens comedit
et bibit. De quo ipse dicit Ps. 68 De-
derunt in escam meam fel et in siti
mea potaverunt me aceto. Quinto 5
primi parentes se excusaverunt quia cul-
pam suam retorquentes in deum. Adam
dixit mulier quam dedisti michi sociam dedit
michi de ligno et comedi. Gen. 3. Si non
dedisses michi mulierem in sponte
a diabolo debuerat non comedisse.
Mulier etiam excusavit se dicens Ser-
pens decepit me et comedi. Gen. 3. Si
non crederes astutum serpentem per eum non
deceptus fuisses. Sic christus ad sa-
tisfaciendum noluit se excusare nec
accusare coram pylato et coram
herode in nullo. Sed tacuit ita ut
miraretur preses qui dixit Nichil
respondes ad ea que obiciuntur tibi. Sed
ipse tacuit ut habetur ysa 53 Sicut o-
vis ad occisionem ducetur et quasi agn-
us coram tondente se obmutescet
et non aperiet os suum. Sexto primi 6
parentes inobedientes sunt creatori

q.

R

1·9

commiserunt quam contra dei preceptum fe-
cerunt. Sic christus ad satisfaciendum
quod ipsi inobedientes fuerunt factus
est obediens usque ad mortem mortem
autem crucis. Unde hic queritur utrum
mors christi fuit necessaria et utrum non
fuit alius modus redimendi mun-
dum. Respondetur secundum thomam 3a parte q. 46 ar-
ticulo 1. Dicitur deus de potentia absoluta
quod est legibus absoluta alio modo po-
tuisset redimisse mundum. Hoc patet
quia quilibet per iniuriam in se
commissam libere dimittere non faciendo
contra iustitiam ut dicit bene. Sed peccata
sunt in deum commissa ut dicitur ps.
50 Tibi soli peccavi etc. Sed dicit
hic sanctus doctor quod ita fuit necessaria
quod etsi deus non potuisset mundum per
meliorem et convenientiorem modum re-
dimisse. Ratio hec est quia homo per peccatum
debebat deo satisfacere et non potuit
deus autem potuit et debuit. Quia non
fuit autem peccatum unde oportuit hominem esse
unus qui esset deus et homo. Et iste
fuit dominus noster ihesus christus qui
inquantum deus potuit et inquantum homo
debuit. Dicitur autem mors christi fuit
sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis
totius mundi ostendit. Augustinus de ... una
gutta preciosi sanguinis christi suffecis-
set pro redemptione omnium hominum. Un-
de Bernardus in persona christi dicit. Homo
satis pro te sum vulneratus. Aliquid
pro iniquitate sua afflictus sum. Cur
addis afflictionem afflicto. Magis
aggravat me vulnus tuum peccati quam
vulnera corporis mei. Unde Augustinus li.
4 conf. hec esset. Tu mihi ad pec-
catorem ihesus christus. Tu eras im-
mimicus meus reconciliavi te. Tu
quod esses longe ego veni ut redime-
rem te. Tu mihi modos et ple-
nas extraxi quoniam te. hinc
meis portavi te pater meus red-
didi te laboravi sudavi caput
meum spinis apposui manus me-
as clavis obieci latus meum lan-
cea aperui tot non dicam iniuriis
sed opprobriis lacessitus sum sanguinem
meum fudi animam meam posui
ut coniungerem te mihi et tu di-
videris a me. Unde cum sit in-
finita misericordia dei nullus qui negat
fidem et credidit se deum et compun-
ctione cordis et non desperabit
veniam dei. Textus in principio dis-
tinctionis 26.

Xpus assistens pontifex futu-
rorum bonorum amplius et
perfectius tabernaculum non
manufactum neque per sanguinem hir-
corum aut vitulorum sed per proprium san-
guinem introivit semel in sancta sed
eterna redemptione inventa. Hebr.
9. Dominica ista vocatur dominica in pas-
sione domini quia in eius officio agitur
de passione domini. Et exprimitur specia-
liter in responsoriis et in introitu
misse. Etiam christus caput nostrum
iam non palam ambulabat sed post
resuscitationem lazari abscon-
debat se ad tempus. Sicut in ewangelio
hodierno tangitur. Quidam plu-
ra passionis christi ubi dicitur quod
tulerunt lapides iudei ut iace-
rent in eum. Sicut in epistola presenti pro-
ponitur nobis apparet passio christi.
Cum dicit christus assistens pontifex.
Unde in presenti sermone tria sunt dicen-
da. Primo quatuor documenta que habentur
in epistola hodierna. 2o aliqua
de passione christi contemplanda. 3o quam
Quantum ad primum quod apostolus

nos docet quando in verbis
premissis Et hoc contra quatuor
genera hominum // primo enim docet quod
christus assistat deo patri intercedens
deo pro nobis Et hoc magistri ꝛ ho
Et ille idem christus est datus
futurorum bonorum magister deus unde
magna fiducia potest esse hiis pro
quibus ipse rogat Ipse enim
et quem rogat et hoc est contra
pusillanimes et diffidentes qui
diffidunt se posse obtinere regnum
celorum Pro quo nondum quod christus 2B
dominus noster intercedit et adhuc
cottidie orat pro nobis // Primo orat
verbo pro peccatoribus et pro apostolis Joh.
16 Ego pro eis rogo Et statim
post hoc dicit Non pro eis rogo
tantum sed pro eis qui credituri sunt per verbum
eorum in me // Secundo orauit la-
crimis ad Hebreos 5 In clamore
valido et lacrimis offerens ex-
auditus est pro sua reverentia // 3o
orauit sanguine Ad Hebreos 12
accessistis ad sanguinem melius
loquentem quam sanguis abel Sang-
uis enim abel petebat vindic-
tam sed christi sanguis misericordiam // 4o
cottidie orat pro peccatoribus tra-
tantum ostendens Unde Bernardus Securum
habes accessum ad deum o homo ubi ha-
bes filium ante patrem et ante fi-
lium matrem filius ostendit patri
cicatrices et vulnera mater ostendit
pectus et ubera nulla potest esse
repulsa ubi tot occurrunt caritatis
insignia Ad Rom. 8 Christus Jesus qui mor-
tuus est qui est interpellat pro nobis
Unde 1 Joh 2o Si quis peccauerit
aduocatum habemus apud patrem Jesum christum
et ipse est propiciacio pro peccatis nos-
tris Unde ps. Respice in faciem

christi tui Deus pater respiciens qua-
si tacere etiam filio suo petit eum // 2o
ostendit apostolus in verbis premissis
qualiter intrauit christus in regnum
celorum quia per proprium sanguinem Et hoc
est contra illos qui nichil volunt pa-
ti et possunt intrare in regnum celorum
// Ubi notandum Quare christus per proprium E
sanguinem in celum voluit intrare
ut ostenderet quod nos intrare debemus
omnes Quia per artam viam et angustam
portam Mt 7 Quam angusta
porta et arta via que ducit ad vitam
Pro quo sciendum quod via ad celum est
arta propter quinque // Primo quia ambulantes 1
in ea debent viliter in immundis cogi-
tacionibus repugnare Sap. 1 Spiritus
disciplinae effugiet fictum et aufert
se a cogitacionibus que sunt sine intel-
lectu Quia de cogitacionibus meis
reddituri sunt racionem in iudicio
extremo Sap. 1 In cogitacionibus
impii interrogacio erit // 2o debent 2
os et linguam non solum a malis ser-
monibus sed etiam a verbis ociosis re-
frenare Math. 12 De omni verbo
ocioso quod locuti fuerint homines
reddent racionem // 3o contra mocionem carnis 3
cottidie litigare unde apostolus video
aliam legem in membris meis repug-
nantem legi mentis mee // Quarto 4
quod debent omnia mala mundi equanimi-
ter tollerare Jac. 1 Omne gaudium
estimate fratres mei cum in temptaciones
varias incideritis // Quinto quia arta quia 5
in ea ambulantes debent semper sta-
re in timore dei in prosperis et in aduer-
sis prius In dormiendo In comedendo
bibendo in laborando cantando legendo
etc. Job Verebar omnia opera mea sciens
quod non parceres delinquenti Celi et D
porta celi dicitur angusta primo quia

nullus intrabit p eam sine veste dei ab
late plena custodie ps ga hec
porta angusta dni iusti intrabunt p eam
vnd Bern. Iusticia e vnicuiq reddere
qd suum est. Augt 19 Karolus e tame
ad p foramine acus tnsire quam di-
tes in regnum celorum intrare. Augt.
Qui res alienas cum reddi possit et non
reddit^r penia no agit^r sz fingit^r
2 2o qz nullus intrabit p eam
nisi contraxerit omni odio et ran-
core. Joh. 3. Qui odit fratrem suum
homicida e. no hz vitam eternam in
se manentem. Tercio qz nullus
3 intrabit p eam nisi caput inclina-
verit ergo quilibet dz p stratitate
humiliare et ad obviam inclinare
Qui volt regnum dei intrare. Sic enim
adam p elationem et inobedientiam
de paradyso expulsus est. Sic nos
p aliam viam i p humilitate et obe-
dientiam intrare oportet celestem pa-
3 radysum. Tercio ostendit apostolus
quomodo xpus semel passus. Ubi notandum
Et in passione xpi semel dimit-
tuntur pcta hominibus sine pena aliqua
exactione sz in baptismo perdonantur
no licet de pctis perdicant tamen mag-
ne pene remanent debitores aut
hic aut in futuro. Unde mag. senten-
tiarum lib. 4 dist. 20 Deus quando iusticia
impunita non dimittit delictum
Et ideo hunc vnd Bern. Plurimum
quam inunde deterius est. unde Joh.
4 5. Ecce iam sanus factus es, amplius
noli peccare, ne deterius tibi aliquid
contingat. Quarto apostolus ostendit
hic difficultatem redemptionis
nostre, cum dicit. Eterna redemptione
inventa. Unde sequitur. Vos homines
redempti dni attendite diligenter,
quam care a xpo empti estis, ne s-
ervili foro dyabolo vendamini ut

faciunt fatue mulieres quando quis-
que p e dei se dyabolo vendunt quos
redemptor exponit. Augustinus. Attende
de te pcio hec tibi vilescas quia
Emptus es tanto pcio magno. Unde
sequitur. Et passio xpi revocat
nos a tribus pctis que sunt gravi-
ora in mundo i. Jo. 2o. Omne quod
est in mundo concupiscentia carnis est
aut oculorum aut superbia vite
Et ab hiis revocat nos p ea
que passus est in cruce et in pas-
sione sua. sz p paupertate revo-
cat nos a concupiscentia oculorum. Tan-
te enim paupertatis erat quod nullam
vestem sibi dereliquerunt. sz tamen
quandam quedam quo erat precinctus
ad femora sicut legitur in evang.
Nychodemi. nullam etiam habebat ap-
podiacionem ad quam caput passum
et afflictum atque lapsum reclinaret
Et etiam non reclinavit sicut non
habuit tamen quod os suum humectaret
p humilitate revocat nos a superbia
vite. Nonne magna humilitas hec
erat, quod a transeuntibus in opprobrium
ipse fatue non audivit. Et quod dorsum
suum ad ipsum omnem percutientem humili-
avit, Et etiam in medio latronum
pene nudus in publica strata ad
spectaculum omnium turpissimum suspendium
non refutavit, p magnam etiam do-
loris asperitatem revocavit nos a
miseria luxuria. Nonne magnus
dolor hic erat, quod exceptis doloribus
quos flagellis et spinis passus
fuerat, etiam corpus suum usque ad
singularem membrorum suorum om-
nium dimensionem violenter extenderet
Et etiam manus eius et pedes
grossis clavis perfoderunt et hoc

noxam suam felle et aceto ad-
acrauerunt / Et secundo quia passio christi
cuius multum asperitas et peccatores
obstinatos facit inducere ad penitentiam
salutarem / Dicunt enim naturales quod
sunt aliqui lapides duri, ut nullo
ferro possunt frangi, qui dicuntur de
adamante. Illa tamen incude imponitur
et malos fortes desuper ponitur
cum incude non in malleo frangitur,
quamquam frangitur / Et tamen in sanguine
calido hirci potest statim mollificari.
Spiritualiter cor peccatoris est durissimum
ut nullo ferro timoris domatur /
ysaie 3° ut adamantem et pluribus dedi
faciem tuam, Sed quia sanguine christi tam
cito cor peccatoris statim mollificatur
In cuius signum legitur quod in hora pas-
sionis christi petre scisse sunt. Unde Gregorius.
Tanta poena in passione christi scindi-
duricia peccatoris corda illa est vide-
que audita passione domini non scinduntur /
Unde Hugo super Cantica. Nichil adeo
medicinale est peccatori. nichil adeo
potens interficit, concupiscit vicium,
nutrit virtute et roborat et affir-
mat ad gratiam, sicut frequens
memoria passionis christi. Unde Augustinus
Si medicina tanta sunt curata co-
gitando non est / Nam quod superbia
sanari potest, si humilitate filii dei non
sanatur / Que avaricia sanari potest /
si paupertate filii dei non sanatur. 1.

Tercio valet ad eternam per illis sermo-
nis. Tercio secundo quod tota christi pas-
sio fuisset pro nobis, si pro nobis non
sufficeret. Unde quod non ut eius passio 1.o
sunt pro pena eorum. Unde Bernardus in ser-
mone. O bone ihesu quid tibi cum morte
nos debemus et tu solvis nos pec-
cavimus et tu luis opus sine exem-

plo gracia sine merito caritas sine modo
Unde Paulus in epistola. Conspui voluit
ut nos lavaret velari voluit ut
velamen culpe et ignorantie a cor-
dibus nostris auferret. In capite
percuti ut caput membris i. adam sanitati
restitueret. Colaphis voluit cedi
et verbis derideri ut nos eius labiis
et manibus i. verbis et operibus ap-
plaudamus. // Secundo hic queritur 2°. utrum
christus sponte pro nobis peccatoribus mor-
tuus est. Dicit sanctus thomas in
una questione quam facit de morte christi
quod sic. Et ratio est quia ipse elegit
tempus locum et horam. Et etiam clare
patet per eius verba et opera. Nam per
verba dixit enim potestatem habeo
ponendi animam meam et iterum sumen-
di eam. Et pylato dixit Non haberes
in me potestatem ullam nisi datum esset
tibi desuper. Et factis hoc ostendit
quia sepe (ut legitur) quando iudei eum
lapidare vel capere volebant subito
se abscondit vel fugiebat liber
ab eis et de manibus eorum evasit.
Et etiam quando venerunt ad eum armati
cum gladiis et fustibus ad capiendum
ipsum tunc cum uno solo verbo eos omnes
in terram prostravit quando dixit Ego
sum. Tunc omnes ceciderunt retrorsum
nec poterant surgere nisi christo con-
cedente. Nec mirum quia erat deus
contra quem nulla potentia nec sa-
pientia. Unde ysaias 53. Oblatus est quia
ipse voluit. // Tercio hic queritur quare christus 1.
passus fuit in iherusalem et non alibi
Respondeo secundum Iohannem Nyder. Quod christus con-
veniencius passus est in iherusalem. // Pri- 1.o
mo quia illa civitas iherusalem erat lo-
cus a deo electus ad sacrificia sibi
offerenda quia quidem figuralia sacrificia
figurabant passionem christi quod est

vnde sacrificium Eph. v Tradidit se
ipsum hostiam et oblacionem in odorem
suauitatis. Vnde Beda in quadam omelia
Appropinquante hora passionis dominus noster
ihesus christus appropinquare voluit loco
passionis scilicet iherusalem. Vnde et Leo
papa in sermone Tamen sibi suscepit fo-
mam Bethlehem preelegit natiuitati
2 iherusalem passioni. // 1o quia virtus pas-
sionis christi per totum mundum diffundenda
erat et ibi ideo in medio terre ha-
bitabilis pati voluit scilicet in iherusalem. Vnde
in ps. lxxiij Deus autem rex noster ante
secula operatus est salutem in medio terre
3 // 2o quia hoc magis conueniebat humi-
litati eius vt pro tempore contem-
ptibilius elegit. Ita etiam ad eius
humilitatem pertinebat quod in loco tam
celebri pati confusionem non re-
cusauit. Et vrbem etiam in loco
caluarie christus voluit crucifigi.
Crux vt dicit Jeronimus. Extra vrbem
et foris portam loca sunt in quibus trun-
cantur capita dampnatorum et cal-
uariorum id est decollatorum sumpserunt no-
men. postea autem ibi crucifixus
est ihesus vt vbi prius erat area
dampnatorum ibi erigerentur vexilla
1 martirum. // Secundo tangitur. Cur christus
matrem suam quam summe dilexit
presentem in passione habere voluit.
1o Respondet idem doctor. // 1o ideo vt figura
responderet figurato. Femina enim per adam
et euam perdita fuit. Ita etiam per christum
et presentiam matris eius liberati
sumus vt apostolus filij nos sumus
2 gracie. // 2o vt mater eius paciendo si-
eret sicut et ipse pro nobis christus
in regeneracione per passionem suam in bap-
tismo conformamur per quam passio-
ne baptismus efficaciam habet. Vnde

de compassione beate marie virginis
meminit ihesus christus loquitur sanctus Jeronimus
in quodam sermone de assumpcione
Alii sancti quod christus in carne sua
passus beata virgo maria in ea parte
sui passa est qua impassibilis et in-
mortalis habebatur hoc est in anima et
in mente. Ideo vt vere fatear
plusquam martir fuit quia acrius pas-
sa est dum passionis christi gladius
3 in anima pertransiit. // 3o vt post christum
virginem mariam matrem nostram
2 de omnibus sanctis honoremus. // Ter-
tio vt mater virginis esset lang-
4 // Quarto vt ei christus in cruce io-
hannem commendaret omnes homines
vt non ira dei iusto iudicio conde-
tur ad puniendum et dampnandum
peccatores. Ipsa memoriam loci et temporis
passionis christi pro nobis efficaciam
interpellaret. Ac si in illa com-
mendacione filius eius diceret
Vide mater oculis cordis et corporis
quam quantum et qualia pro pecca-
toribus pacior et eos tibi habe-
as commendatos. Et ideo christus
matrem suam esse passionem interesse
voluit vt per suam intercessionem
cui non est phas aliquid dene-
gare omnem habeat misericordiam pec-
R catoribus. // Quantum ad 3m nota
quod legitur in libro de naturis rerum
de pellicano qui dum apperit pullos
suos a serpente venenatos occi-
sos. Expandit alas suas super
ipsos et percutit cum rostro in pec-
tore vt demum emanat sanguis
in quo pulli balneantur et reuiui-
scunt. Sed quia ex sanguinis effusione
debilitantur et volare nequeunt
ad capiendum cibum. Ideo coguntur pulli

[illegible] mundum et [illegible] nobis facit principibus. Et ideo non omnes pulli faciunt illud, ymmo quidam eorum aliquem devorant quantumque ab eis potest. Ideo hoc attendentes principes illorum illos de mundo emendant tamquam ingratos. Bernardus: Christus assimilatur pellicano, propter hoc quod Christus factus est pellicanus, tamen ut possit nos mortificatos a serpente infernali resuscitare [illegible] beatissima sua in cruce. Et cotidie sanguine de eius corpore et corde nos balneant et ex eius lumine nos confirmant, unde nunc debilitamur et non possumus volare. Tamen tunc faciunt [illegible] pascuum eis, id est pauperes, quos Christus in se recepit. Et quod eis fit reputat sibi factum, Matthei 25: Quamdiu uni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Sed peccatores et ingrati filii qui devorant pauperem in abscondito eiciuntur de mundo, id est a gloria celesti. Grati vero et benefici erunt in hereditate celesti. Hoc [illegible] de infinita misericordia dei de illo peccatore qui peccaverunt [illegible] predicare et [illegible] Et hec dei [illegible] consentimus [illegible] in [illegible] exemplorum [illegible] ... 21.

Hoc sentite in vobis quod et in Christo Ihesu, ad Philippenses 2o. [illegible] Gregorius [illegible] 1o moralium: Tanto quisque perfectius est quanto perfectius sentit dolores alterius. Et ideo illius pectus [illegible] humana [illegible] quod est in gratia et caritate plenius, tanto magis de omni bono aliorum gaudet et de omni malo tristatur. Hoc est in privilegium caritatis ut quis de malo proximi quasi proprio tristetur. Unde ad Romanos 12 apostolus: Gaudete cum gaudentibus et flere cum flentibus. Et ergo in verbis premissis hortamur ab apostolo ad compatiendum Christi doloribus et eius miseriam ut nostram. Unde dicit: Hoc enim sentite in vobis. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo que facta sunt in die palmarum. Secundo quare illa que dicta nos inducunt ad compatiendum Christo. Tertio de obedientia Christi. Et quia in eorum [illegible] volunt in uno exemplo. Quantum ad primum dicit [illegible] modernus: Que in die palmarum quinque mirabilia et utilia Christus fecit.

1 Primo amare flevit super civitatem Ierusalem et super populo tanto compatiendo ipsius de futuris malis, scilicet de occisione et venditione populi et de destructione populi facta a Tito et Vespasiano post annos 42 ascensionis Christi.

2 Secundo hodie sollempniter et processionaliter [illegible] voluit ut rex. Et in signum huius clamaverunt: Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel.

3 Tertio hodie eiecit vendentes et ementes de templo et mensas nummulariorum evertit, Matthei 21.

4 Quarto cecos et claudos plures qui ad eum in ipso templo accesserunt curavit.

5 Quinto docebat in templo per totam diem ut dicitur Matthei 21. Et [illegible] cum iam esset hora vespertina exiit in Bethaniam cum duodecim discipulis suis. Et quo [illegible] Primo. Causa: Christus tunc pauper fuit ut non haberet unde victum emeret [illegible] civitate in

2 bethania // 2º quia tam iuste predica-
uerat nemini in sermone adulando
ut et nullum hospitem habere posset
3 m In tota magna ciuitate iherusalem // Et pro-
pter dicit frater thomas de aquino Et
hoc etiam probat illos stetisse contra
ueritatibus in libro de impugnantibus
euangelicam paupertatem Tercia probatur
in eo quia neminem perfectionem mendicantem
hospitium et uictum Quia perfectione
inquit elemosina omnibus i. petere
necessariis uictum et fama Cogitur
querere hominem propter uictum et hospitium
Quando enim tam sapienti profuisset tam
diues uidens sola caritate misisset-
no inter initialibus et urbibus peteret
hospitium Non quaerit ad sermonem Et adhuc
quod quamquam aliam compassionem quidem in
dicitur quod omnes in corpore plenissime
fuerunt quas et merito ei compati
1 debemus // Primum est parentis nobili-
tas Quanto enim quis nobilior et
delicatior est in natura tanto magis
affligitur si dolore ponitur et uulne-
m ratur Unde Iohannes damascenus
De purissimis uirginis sanguinibus
carneo expressisti per spiritum sanctum for-
mata fuit Et nobilissime complex-
ionis existens maior dolor in eo
fuit quam umquam in alio homine
2 // 2m est parentis pietas quia ma-
gis compatitur ei quem nouimus esse
purum quam illi quem scimus esse dignum
Tercia et ipse deus non sustinet
diucius et sine misericordia hominibus
Iacobus 2 Iudicium sine misericordia fiet
ei qui non facit misericordiam Bernardus
Nemo duri cordis salutem umquam
est adeptus Nisi forte aliquando mi-
sericorditer deus abstulerit cor la-
pideum et dederit cor carneum Cum
ergo corpus innocentissimus fuerit sibi
maxime est compatiendum.

ut xpi caritate amore quia mitis fu-
it et humilis corde Bernardus super cantica
sermone 23 O duri et indurati et
obdurati filii adam quos non e-
mollit tanta benignitas flamma-
tiua tanta ingens ardor amoris
tam uehemens amator qui pro uili-
bus seruulis tam preciosas mer-
ces expendit // Ideo crux illo tem-
pore passionis christi in contrario pla-
cuit quia clauus et lancea mitte cor-
pus perforatur et petit ut arbor
ramos suos flectat et naturalis
cr. rigor lentescat ut superni regis
O mite tendatur stipite // Tercium de
3 dolore immensitas Nam christus
passus est in omnibus quibus homo
potest pati // Primo in suis amicis eum
deserentibus In fama per blas-
phemias contra eum dictas In ho-
nore et gloria per derisiones et
contumelias ei illatas In rebus ues-
tibus spoliatus et nudatus est
In anima per tristitiam // In corpore In
omnibus membris caput spinis
perforatur Os felle potatur Au-
res latratibus perfodiuntur Manus
in cruce extense et clauis af-
fixe pedes cum clauis affiguntur
Corpus uerberatur et flagellatur
lancea latus perforatur Et a
planta pedis usque ad uerticem non
est in eo sanitas Treni 1º O
uos omnes qui transitis per uiam atte-
dite et uidete si est dolor similis
4 sicut dolor meus // Quartum est nostra
culpa et iniquitas Quando quis pro cul-
pa alterius patitur tunc homo qui scit
nobilem aliquem dolorem istius repu-
tat suum Sic dauid cum uidet an-
gelum pro culpa sua cedentem populum
dixit Ego sum qui peccaui ego inique
egi uertatur rogo manus tua obsecro contra me

et conu̅ domum meam ꝑ & hoc
patet dauid hec ꝑ lo paralipo.
21 c 21 dauid ex quadam presumpci
a numerauit populum israel Irri
tatus dominus misit pestilenciam
in israel Et ceciderunt de israel
lxx milia virorum in 3bus die
bus hec causa manifeste ꝯ in p̄o
Vnde ysa 53 Ipse vulneratus est
ꝓpter iniquitates nostras Vera ergo
est passio christi ꝑ oracione nostra
et quantum ad utilitatem Et ideo
etc debet esse nostra ꝑicio ad compas
sionem Quintum est aliorum co
passionem christi Tu ergo sol et
luna et petre et alie creature
christo compasse sunt sic et nos cum
eo debemus sibi compati alioquin
duriores videbimur petris que in
passione christi scisse sunt Vnde scrib
sup math Omnia creata cristo com
paciuntur morienti Sol obscuratur
terra mouetur petre scisse sunt ve
lum templi diuiditur sepulchra aperi
untur solus miser homo non compatitur Vnde Ber
omnia dabilem te non reddit ta
lix quem bibisti O bone ihesu o
pus nostre redempcionis Nichil al
liud blandius nichil cogit nisi
us nichil frangit fortius nichil
afficit vehemencius // Sextum ad
3m dicit hic apostolus factus obedi
ens usque ad mortem Albertus in tract
de vir. Productum vel obediencie est
prima obediencia christi qui non sem
per pro celesti obediunt dicendo
non mea voluntas fiat sed tua Sed
etc obediens fuit hominibus luce 2
Et erat subditus illis Vnde trinus
deus quibus homo obiecit Item omnia sensi
bilia et insensibilia obediunt deo

Et illa subiecit hoc ut agnosceret
se obediendum esse deo Vnde ps 8
Omnia subiecisti sub pedibus eius etc
Et nos debemus esse obedientes
deo et prelatis nostris Quia obedi
encia sanat gratiam impetrat bo
dictionem augmentat et a morte p
seruat Item albertus magnus ibidem
Obediencia vera et perfecta ad dominum
est cum homo diligenter et sepe cogitat
quid magis quo tempore et loco deo pla
ceat Et ad quod eum proprie or
dinauit et hoc toto nisu semper
implere intendit Item argumentum
vere obediencie secundum Vnde est Quod bo
nus obediens dicit suum velle et nol
le in manu sui prelati ut possit va
cat dicere illud cum dd paratum cor
meum deus i quodcumque preceperis facere
paratum est cor meum adimplere Et tali
bonus subditus etiam quod sibi est mi
nime conueniens fideliter et diligenter
exequitur mandatum Magnam mani
festat vero ante factum quod sibi conueni
ens sit hoc preceptum Quia ibi obedi
encia preuenit non potest ubi subdi
tus preceptum desiderat et libenter
facit Gregorius obediencia ꝑ se pro aliquo
habeat quam nulla est Item albertus ibi
dem Argumentum nobile est cum subdi
tus mandatum prelati iniustum et in
discretum reputat Et ex hoc non
de suo mandato restituat et re
nunciat deinde mandatum ad
implere non posse nec debere se
excusat postea diuersas vias sub
tiliter euadendi excogitat Adul
timum aliquos adducit qui temp
ore et prebus mandatum impedi
ant vel retractet Sic non fecit
abraham quam nocte abiit ut cito
mandatum domini impleret

et relinquens sensus in pede mandatis ne ipsum in confusione et conculcatione filii carissimi impedirent. Ideo largam benedictionem meruit sibi et eciam semini suo in eternum. Unde sciendum quod tante virtutis est obediencia. Quod multi doctores tenent quod qui religionem faciunt professionem et promittunt in manu prelati sui am propriam voluntatem relinquere sicut ipse usque ad mortem obedire dicto quod per istam obedienciam statim dicto verbo zemanice absoluti a pena et a culpa. Ideo tunc nonnulli confitentur generaliter excepto dumtaxat obediencie absolucionem talem. Et ergo per obedienciam vita religiosa dicitur secunda et militaria vite eterne. Unde nichil angelis carius et nichil deo preciosius nichil hosti fervenciosius quam in suscepta religione professe vivere quam obediencie in omnibus mortis observancia. Secundo mortem ante crucem.

1 Unde habetur quod vere oportuit mori debuit in ara crucis. Secundum sanctum thomam

1.0 3a parte q 46 a 4. Et hoc propter eius humilitatem. Tercio per suam desperacionem. Unde eciam Gregorius in registro. Ad hoc unigenitus dei filius formam nostre infirmitatis suscepit. Ad hoc invisibilis non solum visibilis sed eciam despectus apparuit. Ad hoc contumelia ludibria illusionum obprobria passionum tormenta tolleravit ut humiles nos esse superbus doceret humi-

2 lis deus. Secundo mori voluit in cruce quia adam per lignum nos perdidit et occidit et Christus Christus nos per lignum sancte crucis redemit. Unde de hoc canitur in missa de passione ut qui per lignum vincebat per lignum quoque vinceretur. Et unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Unde Augustinus de passione domini. Contempsit adam preceptum accipiens de arbore pomum. Sed quicquid adam perdidit Christus invenit. Unde eciam Gregorius in moralibus. Ad hoc lignum dignum venit ad quod propagacio condicti fuit. 3 Tercio quia in sacra scriptura sepe invenitur de ligno crucis. Nam in archa lignea scilicet Noe salvatum est genus humanum. Item Moyses cum baculo ligneo divisit mare per quod filii israhel sicco pede transierunt. Et idem Moyses amaritudinem aquarum per lignum in dulcedinem convertit. Sed plus medicina passionis Christi convertit amaritudinem tribulacionum in dulcedinem consolacionum. Unde eciam Isidorus de summo bono. Si passio redemptoris ad memoriam reducitur nil tam durum quod non equo animo tolleretur. Augustinus. Illuminatus est consolacio in pressura tribulacionis quia memoria dominice passionis. Idem Moyses serpentem eneum exaltavit in ligno in deserto in signum Christi. Augustinus super Johannem. Ut a peccatis sanemini Christum crucifixum intuemini. Sicut qui in deserto intuebantur serpentem eneum non peribant a morsu serpentum. Sic absolute nunc hii mundo qui intuentur fideliter et devote Christi passionem sanantur a morsibus peccatorum et in futuro possidebunt regnum celorum. Unde Gregorius super Matheum. Nos salus humani generis in Christi morte reposita est nulla enim racio et gracia regis ad salutem humani predicat quam mors ipsius. Licet est aliquid aliud per quod deo magis graciarum agere debeamus quam per mortem ipsius. Ultimo ergo dicit religiosis considerent puniciones passionis Christi

in die pascenes · Credo in promp
tuario q^tie c · p · 2a · · · ·

· h · ſſe qq · matth xxiiii ·

In die pasche sermo ·

Expurgate vetus fermen-
tum ut sitis nova con-
spersio etc. j Cor v°
dicitur in epistola hodierna transumpti-
ve et litteraliter In qua epistola
apostolus monet nos ad cibum et
escam angelorum Sapiencie 16 Angelo-
rum esca nutrivisti populum tuum
Et in psalmo lxxvii panem angelorum man-
ducavit homo etc. Unde in presenti ser-
mone tria sunt dicenda Primo quod
homines tenentur illam escam temporaliter
percipere illo sacro tempore pascali
Secundo de illis qui non communicant
illo sacro tempore Tercio movende
de sacramento aliqui questiones et resur-
rectione christi Quantum ad primum
sciendum Et homines solent re-
cipere illo sacro tempore pascali
Et secundum hoc apostolus tria ponit
in hodierna epistola Quidam in-
digne sumunt eukaristiam Et
contra illos dicit apostolus hic Ex-
purgate vetus etc. id est corruptorem scilicet
peccati mortalis Nam indigne su-
mentes corpus christi inferunt con-
tumeliam christo non in suis servis sed
in propria persona Et non contume-
liam verbi sed contumeliam facti
Multum enim offenditur princeps si ali-
quis sibi contumeliam infert in
corpus subditorum suorum vel rapiendo
equum subditorum suorum Et plus
in subdito suo rapiendo eum Sed
multoplus in ipsa persona Ad ta-
les homicidas christi sunt Unde j Cor
xi Quicumque manducaverit vel
biberit etc. reus etc. Ambrosius quia
indigne consumit sumit tamen est sibi ip-

interficeret Tum tam periculosum
sit corpus christi indigne sumere
Tunc queritur que requiruntur ad hoc — b q
quod quis digne sumat et cum fructu sacramenti
quod tria producit Primo ut non sit in mali-
cio peccato mortali Secundo quedam devo-
cio ad sacramentum Tercio actualis de-
vocio Ulterius queritur quod non habet
consciencia peccati mortalis in peccato — 1
mortali existentes utrum peccet
corpus christi sumendo Dicendum — 2°
quod ignorancia circumstancie a peccato
excusat adhibita debita diligen-
cia propter quod est talis circumstancia quia
certitudo plene haberi non potest Et ad
aliquis a peccato mundus sit cum omnis
certitudine sciri non potest j Cor
iiij Nichil michi conscius sum sed non
in hoc iustificatus sum potest tamen et hoc — c
haberi aliqua coniectura propter pre-
ter signa que sanctus Bernhardus dicit
Primo cum aliquis devote verbum dei au-
dit Ioh. viii Qui ex deo est verbum
dei audit Secundo cum se promptum ad bonum
agendum et operandum invenit Unde
Gregorius Probacio dilectionis exhibi-
cio est operis Tercio cum quis a pec-
catis abstinendi futuris proponit sed — 3
Quando tamen et preteritis dolet quia
hijs vera penitencia secundum Gregorium consistit — 4
Unde si aliquis per hominem suum facta
diligenti discussione sue consciencie quamvis
forte non sufficienti devocione ad cor-
pus christi accedat aliquo peccato mor-
tali remanente quod eius cognicionem
preterfugiat non peccat Primo ma-
gis ex vi sacramenti peccati remissionem con-
sequitur Unde Augustinus in quodam sermone
dicit Eciam quod corpus christi manduca-
tur vivificat mortuos Unde eciam
Bernhardus Eukaristie sacrum potestas
est peccata consumere debellare demonis
potestates et inferre celis cunctos ·

4 tentes de terra // Item eruditur utique
Eukaristie sacramentum quotidie sit sume
1.o dum // Dicendum quod in hoc sacramento con
duo sequuntur ex parte accipientis primum
desiderium coniunctionis ad corpus
quod facit amor Et reverentia sa
cramenti que ad dominum timorem per
1 tinet // Primum autem invitat ad fre
quentationem huius sacramenti cot
tidianam Secundum retrahit Unde si
aliquis experimento cognosceret ex
cotidiana sumptione fervorem amoris
augeri Et reverentiam non mi
nui tamen debet cotidie sumere
Si autem sentiret per cotidianam
frequentationem reverentiam minui
Et fervorem non multum augeri
tunc deberet interdum abstinere et
cum maiori reverentia et devoti
one accedere Unde concludit ad hoc
unumquemque esse relinquendum suo
iudicio faciat ergo unusquisque quod
secundum fidem suam pie credat esse faci
endum Et probat hoc exemplo
zachei et centurionis quorum unus
recepit dominum gaudens in domum suam
Alius dixit domine non sum dignus
ut intres sub tectum meum et ute
2 que misericordiam consecuti sunt // Item
di sunt qui per sumptionem eukaristie pre
terita peccata cognoscunt Contra quos
dicit hic apostolus pascha nostrum im
molatus est Christus Securos reddit
ad medicinam habentibus passionem
Christi per quam a peccato liberati et mun
3 dati sunt ut ex gratia te remedium suffi
dum quantitatem periculi Et cogita
quanta periculi timeat redire ad peccata
preterita Nam recidivans deum gravius
offendit et minus erit aptus ad re
surgendum per infirmitatem iteratam
vel vulnus iteratum quod periculosius
difficilius sanatur Luce xi Et

nouissima illius peiora prioribus
Unde summe cavere debemus ne corpus
a nobis expellamus sed ipsum cum
intima cordis devotione honoremus
Nam si panniculi in quibus eum Ma
ria involuit cum infans esset
vel crux Christi in qua ad tres horas
pependit Et syndon in quo corpus
involutum fuit et sepulchrum in quo
ad primum tempus iacuit in tanta re
verentia et custodia habentur Quanto
deberet homo corpus suum custodire in
quo recipit corpus non ad horam vel
ad tempus verum perpetue si in mo
na sumpserit Item si aliquis
diligenter custodiret sanguinem
Christi si ipsum in vase haberet aliquo
sub propria specie Ita diligenter
debemus nos custodire a peccatis
mortalibus ne corpus expellamus
Et sic non parum peccat qui san
guinem Christi in lutum proicit Sic non
parum peccat qui voluntate pec
cat et corpus inopinate expellit im
mo dico magis est Et quod homo
semel habet in die vidisset corpus
in manibus sacerdotis in missa
deberet isto die se magis solli
cite custodire a peccatis cordis oris
et operis Si enim beata virgo ma
ria cum omnibus angelis et sanctis
in celo cum te visitarent et tu eos
videres velles ne eos revereri
certe libenter Nam quanto magis
debes revereri corpus sanctissimum
quod omni die cum oculis tuis vi
des respectu cuius omnes sancti et
4 angeli quasi nichil sunt // Unde hic queri
1.o tur utrum peccato videndo corpus
Christi peccet Respondeo secundum thomam l. d. 9 Cum
enim in consistenti in peccato mortali non
liceat sumere videndo tamen corpus

cristi non peteret. Attamen si metu divini propter humilitatem abstinet a videre laudandus est. Concordat Albertus et dicit: Et peccator non debet videre multo affectu. Et eo ipso quod perpendit peccatum suum quod non sit dignus aspectu cristi. || 3 Tercii sunt qui se non preparaverunt ad percipiendum hoc venerabile sacramentum illo sacratissimo tempore paschali. Contra quos dicit hic apostolus: Epulemur in azimis ||

Transitus ad 2am partem sermonis

Et tales merito dolere et contristari deberent qui non disposuerunt se nec communicaverunt secundum preceptum ecclesie illo sacro tempore. Et sic quadruplex principaliter que dicunt ipsos esse causa doloris et tristicie. 1 Primo quia eo quod eum multum offendunt. Deus hoc pre ostendit ex hoc quod legitur Luce x°. De hijs qui non essent recepturi discipulos eius: dico vobis quod Sodomis in die illa remissius erit quam illi civitati que non recepit vos. Si tamen offenditur deus cum discipuli eius non recipiuntur, quanto magis si ipsi Christo hospicium negatur et repellitur a peccatoribus. Unde Io primo: In propria venit et sui eum non receperunt. Et tales multum timere poterunt dicatur eis in extremo iudicio, id est Math 25: Discedite a me maledicti in ignem eternum. Et subditur causa: hospes eram et non collegistis me || 2 Secundo dolere debent tales quia defraudantur utilitate que consequitur quilibet hoc admirabili divino in suo hospicio. Nam eum non est adiunctus eius absque magna utilitate. Unde cum Zacheus dominum Ihesum Christum in hospicium recepisset a domino audivit illud Luce 19: Hodie salus huic domui facta est etc. Sic corpus eucaristie dicit ad quemlibet qui eum digne percipit: hodie salus huic domui etc. hoc sic probatur. Tercia causa corpus cristi efficere participes omnium bonorum que corpus operatur et in vita sua ieiunando predicando orando vigilando et cetera. Insuper totum meritum passionis cristi. Nam sanctus Thomas dicit: Et in qualibet missa reperitur omnis fructus et utilitas quam corpus operatus est in die parasceves in cruce. Et eandem gratiam et fructum quilibet devotus qui digne communicat percipit || Item accipit in hoc sacramento participacionem omnium bonorum meritorum tocius ecclesie et sanctorum in celo et hoc videtur in nobis quod Christus dicit in ewangelio Io 4: Alii laboraverunt et vos in labores eorum introistis. Huic est quod in symbolo catholico dicitur: Credo sanctorum communionem. Unde Albertus magnus super verbo corpus cristi nos in omnibus corporis nostris et omnium fidelium communicamus quod quando dicitur insuper non modica securitas est talem hospitem habere. Unde ps 22: Si ambulavero in medio umbre mortis etc. Et iterum: Dominus protector vite mee a quo trepidabo. Illis omnibus bonis talis se privat qui non communicat || 3 Tercio talis timere et dolere debet quia stat in malo statu quia semper in peccato mortali die noctuque et omni hora quia dum sic stat in tali peccato et 4 pertinacia quod non vult obedire precepto ecclesie. Tercia constitucio ecclesie dicit quod quilibet postquam ad annos discretionis pervenerit saltem semel in anno confiteatur omnia peccata sua et suscipiat devote et reverenter ad minus in pascha eukaristie sacramentum. Nisi forte de consilio sui confessoris ob aliquam causam racionabilem ad tempus ab eius

presumpcione dimisit abstinendo, tam 4
ut tempus illud ultra annum non pro
traheretur, quod infra annum se disponere
ut communicet. Hoc attendere deberent
illi nobiles et eciam eorum confessores
qui credunt sibi sufficere quod confite
antur in quadragesima sed non communicant quia
in quinque vel decem annis nisi urgen
te infirmitate corporis. Et talis con
fessio illorum nobilium et eciam alio
rum hominum quam se faciunt in quadragesima
et nolunt communicare nichil prodest eis 3
ad vitam eternam. Nec eciam possunt ab 4
solui a potestate suis. Et racio 1.2
est quia nolunt obedire precepto et
mandato ecclesie nec eciam satisfacere
ubi precipitur non solum confiteri
sed eciam eukaristiam sumere tempore
pascali. Et tales applaudent sibi
ipsis dicentes: Quia melius est bonus
non sumere quam indigne sumere. Contra
bus dicitur: Si in hoc bene facit quod
non sumit indigne. Et in dolore
et tristicia deberet esse dira absen
cia ubi enim deus abest et dyabolus
adest. Tercia quia dum in tali ino
bediencia perseverant semper dyaboli
servi sunt quia nemo potest duobus dominis
servire. Sed qui submittunt se obedire
mandatis ecclesie et preveniunt communicare
et communicant tunc dyabolus expel
litur. Unde ubi vere penitere di
mittitur ibi procul dubio dyabolus
a corde peccatoris expellitur. //
5 Quarto dolere debet talis quod magna
indigencia sua est in vita presenti
debet esse segregatus a sepultura omnium
christianorum. Unde dicitur hoc in iure ca
nonico: Omnis semel in anno non con
fitetur nec communicat debet carere ecclesias
tica sepultura. Ut extra de pe et re

4 omnis utriusque sexus. Quinto do
lere debet talis pro magna pena. Quia 7
sicut hic in presenti vita separandus
est a consorcio hominum et ab ingressu
ecclesie. Et post mortem carebit
sicut debet carere ecclesiastica sepul
tura. Ita eius infelix anima separabitur
a domino Jhesu Christo et ab omnibus sanc
tis et angelis dei. Unde Joh. vi. Ni
si manducaveritis carnem filii ho
minis et biberitis eius sanguinem
3 // Quantum ad terciam partem illius ser
4 monis tunc primo queritur quare Christus
non statim post mortem resurrexit
1.2 sed per triduum tardavit. Respondet
Elucidarius. Ne iudei dicerent
eum non veraciter mortuum fuisse sed
in tormentis obstupuisse. Item
notandum quod anima Christi per triduum
mortis sue cum sanctis patribus in
lymbo fuit. Ibidem fuit et latro
cui dixit dominus in cruce: Hodie me
cum eris in paradiso. Et nomine paradi
so ibi intelligitur dei fruicio. Quamvis par
ticipasset tamen ipse latro quam alii
sancti patres qui fuerunt in lymbo
viderunt deum per essenciam. Et patres
theologi dicunt quod deitas ma
nsit in corpore in terra et eciam deitas des
cendit cum anima ad infernum. Quia id
quod deus semel assumpsit numquam di
misit. // Item sciendum quod hoc corpus
incluso sepulchro se suscitavit a mor
tuis intacta prodiit dicit sanctus Augustinus.
Et post suam resurreccionem statim sus
citavit plures precedencium quorum mon
umenta circa Jherusalem facta sunt aperta fu
erunt. Et hoc resuscitati eciam non mor
tui conmorantur et apparuerunt in Jhe
rusalem multis. Et verisimilius
est secundum multos doctores quod perpetuo
cum Christo corporaliter et animaliter vivi
permanserunt. Et in Christo morte

in die ascensionis celos ascenderunt Unde augustinus in sermone de resurrectione domini Sanctorum sepulcra in passione domini sunt patefacta horum corpora christo resurgente de pulvere sunt resuscitata debebat enim ut ipse prius resurgeret deinde illi Et sicut cum domino resurrexerunt ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse creduntur Item sanctus thomas dicit Corpus christi tercia die resurrexit a mortuis resumendo corpus Non tale quale prius habuit sed impassibile et immortale Unde legitur quinto Christus post resurrectionem suam apparuit marie magdalene in specie ortulani et duobus discipulis abeuntibus in emaus in specie peregrini Cum ipse non in forma ortulani nec peregrini surrexerit Ratio quare magdalene apparuit Primo in specie ortulani in signum quod esset verus ortulanus Nam ortulanus dum ortum colit malas herbas inde evellit et bonas inserit Sic christus tamquam verus ortulanus a magdalena removit peccata tamquam herbas inutiles Unde Isidorus de summo bono Vitia una compescenda sunt in homine et deinde inserende virtutes Nam colere et coniungi non potest veritas cum mendacio pudor cum petulantia fides cum perfidia et castitas cum luxuria Ex duobus discipulis apparuit foris sicut erat intus in mente Unde Gregorius in omelia Christus talem se eis exhibuit qualis apud eos latebat in mente Nam adhuc in cordibus peregrinus erat a fide Ideo longius se ire finxit Item quare utrum adhuc de christi sanguine in passione et cruce effuso sit in terra extra eukaristiam Respondet sanctus thomas in quarto quod non Nam christus in resurrectione totum sanguinem resumpsit quem fudit in passione Nam quelibet effusa gutta sanguinis erat in passione christi quo honorem habuit in resurrectione christi Nam si christus decrepitus exiuit et iam in perfecta etate esset pariter nichil habuit de sanguine nisi quod ad resurrectionem pertinebat et ad veritatem humane nature Nam etiam quam sanguis christi verbo unitus et salubrius fuit humano generi Unde sunt alie partes debent in resurrectione aliis partibus integritatem humanitatis Illa Et iam dicte patet Et sanguis christi quem hic in terris ostenditur in aliquibus locis esse sanguinis miraculosi ymaginis christi Unde Gerardus et balista vero qui legerunt ymaginem crucifixi et statim ad instantiam vere humane sanguinis emanavit Ut in prima parte disputati et alia plura exempla eiusdem illi plura Item quare ubi christus mansit illis quadraginta diebus post resurrectionem usque ad ascensionem Respondet Elucidarius quod in paradiso terrestri ubi creduntur Enoch et helia et cum hijs qui resurrexerunt Aliud sciendum Omnes homines iuvenes pueri et senes resurgent in etate in qua christus erat quando resurrexit scilicet etate 33 annorum Et in hac etate dicitur fuisse creatus adam primus homo de limo terre Et post resurrectionem non erit ulla vestis tegumentum Nec sartores nec sutores nec medici ad sanandum nec erunt necessarii equi vel asini vel currus ad portandum homines Unde augustinus Ubi volt spiritus statim erit et corpus Iste corpora electorum erunt clarissima. Math. 13: Fulgebunt iusti tamquam sol.

Omne quod natum est ex deo vincit mundum. prima Io. 5. Nos enim videmus ad sensum quod oppressi a potentiore se, querunt refugium et defensionem ab aliquo qui est potentior opprimente. Sicut mulieres oppresse a viris querunt sublevacionem a rege. In hunc modum cum tria mundus et mundi domini scilicet dyabolus nos opprimunt, mulierem et baculum nos temptant. Ideo beatus Iohannes docet nos in verbis premissis confugere ad potenciorem dominum per quem possumus vincere omnia temptamenta mundi et dyaboli cum dicit: Omne quod natum est ex deo vincit mundum. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quod homines christiani debent vincere mundum. 2o de fide catholica. 3o de ostensione dignitatis et veneracione. Quantum ad primum sciendum quod homines christiani tenentur considerando facile cum divino adiutorio possunt vincere mundum. Primo considerando quod amicicia huius mundi inimicum in mundum dei constituit. Tercia nemo potest habere mundi amiciciam atque dei. Ideo deliberet apud se fidelis homo quod istorum magis expediat deum aliquid vel mundum. Et hoc racione videns inveniat quod magis expediat aliquid mundum et deo adherere. Et ad hoc inducit sacra scriptura. Io. 2o: Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt et cetera, tamen stant aggravantes dicens. Quia si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. Nam sicut ignis et aqua frigidum et calidum, nigrum et album sibi sunt contraria, sic amicicia dei et mundi se stare non possunt. Unde Augustinus super canonicam Iohannis: Duo sunt amores, scilicet dei et mundi. Unde etiam Gregorius: Disce homo non diligere mundum ut diligas deum, aude ut convertaris, funde ut impleatis.

2 Secundo considerando quod amator huius mundi est filius dyaboli. Tercia servi deum ipsum ut habetur Math. vi: Nemo potest duobus dominis servire, id est scilicet deo et mundo. Unde apostolus: Si adhuc huic mundo placerem, Christi servus non essem. Ideo amator mundi vere vocandus dicitur servus dyaboli. Homo superbus, gulosus, ebriosus, luxuriosus, avarus, iracundus et invidiosus qui est servus dyaboli qui est magis minimus eorum. Unde Gregorius: Stultum est servire dyabolo qui nullo placatur obsequio. Primo quia diu laborant servi dyaboli quam servi Christi, quia in servitute dyabolo se inducit et sunt quam in opere in ingenitudine et fatigacione. Unde Sap. 5: ut numquam agerent laboraverunt etc. Tercio considerando quod quilibet homo serviens huic mundo non potest venire ad regnum celorum. Io. 18: Regnum meum non est de hoc mundo, q.d. regnum meum non est de hiis negociis que in hoc seculo aguntur. Unde Crisostomus super Math: O quam miserrimus est mundus et miseri qui eum sequuntur. Semper enim homines huius mundi opera excluserunt a vita. Quia ei amatores huius mundi qui querunt mundana gaudia non possunt celestia gaudia post hanc vitam possidere. Ostendit Gregorius in omelia dicens: Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo et illic regnare cum deo. Quantum ad 2m

preceptum dicit hic Joh. Hec est victo
ria que vincit mundum fides nostra
Nos igitur hic locuturi de fide
catholica Unde primo quidem que sit
vera fides. Recitat albertus magnus
in tractatu de virtutibus. Vera fides est
credere patrem et filium et spiritum
sanctum esse unum verum deum Et
quod in hiis tribus personis est una
et indivisibilis deitas coequalis
gloria coeterna maiestas Item vera
fides iubet credere quod dominus noster
ihesus christus est verus deus et
verus homo eternaliter natus a
patre secundum deitatem temporaliter na
tus de matre secundum humanitatem
Ubi sciendum Quod fides katholica se
quenter est christifidelibus ponderan
da et diligenter servanda et cus
todienda Quia est fundamen
tum omnium virtutum apostolus fundamen
tum aliud nemo potest ponere preter
id quod positum est quod est christus
ihesus id est fides christi Unde augustinus fi
des est bonorum omnium fundamentum
fides est humane salutis initium
nam extra fidem catholicam non
est salus Unde omnes iudei heretici
et pagani sunt in statu dampna
tionis Unde marci 16 Qui cre
diderit et baptisatus fuerit etc qui
vero non crediderit etc Unde etiam
augustinus nemo liberatur a damp
natione que facta est per adam nisi
per fidem domini nostri ihesu christi
Unde omnes qui sunt salvati ab initio
mundi in fide salvati sunt Quia
illi qui ante tempora christi fuerunt scilicet
patriarche et prophete et ceteri fi
deles id est crediderunt christum venturum
et redempturum genus humanum sed
nos qui nunc credimus hoc esse

factum Unde hebr. Multi ante salvato
ris adventum deum omnipotentem ti
mentes et diligentes pro salute
generis humani compunctione credentes in pro
missione fidelium sperantes certissime
redemptorem in hoc fide et expec
tatores salvati sunt. Item notandum
Quod fides katholica ut homo salvetur
per eam sed quinque habere que signata sunt
per quinque vulnera domini nostri ihesu christi
Primum est ut sit pura scilicet ut non
admisceatur falsis vel vanitatibus ut
illi faciunt qui varias incantacionibus
confingunt et etiam et etiam contra
ut nigromantici aruspices. arioli
et observatores sompniorum et dierum
egipciacos et fata et carmina et
[illegible] Unde deutero 18 Non inveni
atur in te qui ariolos sciscitetur nec
observet sompnia nec auguria
nec phitones consulat nec divi
nos nec a mortuis querat veritatem
Vide de hoc in decretis [illegible]
qui intendit dampnacionem anime
incurrit 26 q. ult. Non observetis
Et ergo Joh. hyrde dicit Quod quamvis
per demones inferantur et malefi
cia ut affirmant philosophi vel
disciplinam displicentiam vel in
vidiam hominis ad certam personam ad
quam temptat tamen homo per liberum
arbitrium possit resistere tam grave
et quod non resistit cedunt eam
vel invidia a deo quod peccata diffi
cilia sunt dicta Similiter aliquos
interdum faciunt stultos et frigi
dos que secundum capellanum in culpa pa
tet Deus non permittit in istos ergo
in gratia sunt quam per voluntatem possit re
sistere Secundum est integritas fidei
ut omnes duodecim articulos fidei credamus
et omnia que credit sancta mater

3

etiam nichil detrahentes nichil adicientes Veritas enim fidei est concatenata ut qui unum articulum negat totum dissolvat Sicud si unus annulus cathene frangitur tota per ea ligatur dissolvitur sic est de fide Ja 2. Qui in uno offendit factus est omnium reus Non licet continentie fidei aliquid augeri vel minui Nam in ipsa nichil deest quod sit addendum vel adest quod sit superfluum Sapientia dei fidem sic ordinavit quod nec summi angeli possent eam emendare scilicet addendo vel minuendo in aliquo

// Tercium est certitudo fidei ut nil verius nil certius esse credamus quam quod fides docet Unde licet nobis aliquid dubium sit de ea verum fides nescit falli Contra hoc faciunt qui dubitant de fide et tales solent dicere Si sic est ut dicit scriptura et fides katholica tenet magnum quid est et tales infideles iudicantur et peccant mortaliter et si sic decedunt dampnabuntur Non enim credunt simpliciter sed tamen non firmiter credunt Quarta fides christiana debet esse certa in corde ut si etiam angelus de celo descenderet et aliam fidem predicaret sibi credendum non esset ut hoc patet per apostolum ad galatas primo Sed iam dicta non sunt intelligenda de illis qui temptantur sua amaritudine credendi de fide tales resistunt et expellunt dum statim illas incidentes cogitaciones et temptaciones que sunt contra fidem et sic merentur apud deum Bern. Tenueris resistere tenens coronaberis Unde pro certo tenere debemus quod fides katholica vera est et nulla alia sed sunt omnes false et ficte ut iudeorum paganorum hereticorum Non enim nisi una veritas ex qua omnia vera sunt Non enim est nisi unus sol illuminans mundum Sic non est nisi una fides illuminans et purificans corda hominum Certius non est celum et terra et omnia que in eis sunt quam fidem nostram esse veram Unde Luce 21 Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt Unde in ps. 116 Veritas domini manet in eternum

// Quartum est ut sit fortis et constans adeo ut paratus sit pocius mori quam illam deserere vel negare Sicud et omnibus martiribus apostolis et virginibus qui pro fide conservanda maluerunt et posuerunt per ea vitam et res honores et dignitates et etiam cognatos Et corpora sua ad diversa supplicia Sic et nos christiani fortes esse debemus in fide katholica

// Quintum quod non sufficiat fidem in corde habere et non ore profiteri Ro. 10 Quinta quilibet christianus non solum debet fidem in corde habere sed etiam ore confiteri pro loco et tempore Unde apostolus ad Ro. 10 Corde creditur ad iusticiam confessio autem oris fit ad salutem Et in signum huius sacramentum confirmacionis datur in fronte ut dicitur in decretis. Confirmatus igitur in fronte ponitur ut a veri pudore fidem publice sine erubescencia predicet De conse. d. 5 ut ipse Ergo quilibet christianus liber debet nomine christi et fidem katholicam confiteri Et sic debet preteria omnibus temporalibus preponere Unde quod magis est etiam si deberet mori Et mortem illa que sit

de necessitate fidei et salutem
consequimur vnde dicitur In decreto Con
stantia debet esse tanta quod prius
inferatur vita quam fides · 23 · q
8 · Licet minime quod talis martir
Christi esset Unde in decreto Cui
pro fide Christi mori celeste premium
consequitur · 23 · q · 8 · Omnis fides
sine operibus ociosa et mortua
est Wilh lugdun Unde sapien
dicitur quod arbor sit viua si fron
deat floreat et fructum habe
at Sic etiam fides floreat et
viua est per fructum propositum sive
di deo Si enim frondeat cum
loquitur sermones dei et fructum bono
rum operum faciat Alioquin mor
tua est Sic enim mortua est anima
in corpore Sic etiam bona opera sine
fide Quando est fides non operans
per dilectionem nisi tanquam corpus
Quadrupedum magnus et bonus
artifex sit tamen sine bono in
strumento ut faber sine ferra
mentis Nauta sine navi et
huiusmodi inutilis est // Item scien
dum quod christifidelibus non debet
esse sufficiens bona opera operari quod
fides que per dilectionem operatur
tamen diligitur a deo quod interceptaliter
connumerat modum operis quoniam in
fide sit quod opera omnia de minimo in
si facta sunt sine fide Unde apostolus
Ebreos 11 impossibile est sine fide deo placere
Unde etiam Augustinus Sicut rami absque
viriditate radicis arescunt Ita et
quelibet opera etsi videantur esse bona
et sine fide tamen nulla sunt Item quod
ad confirmationem fidei Katerine mons
motus est a loco · Require in principio
f 6 // Sermo ad 3am partem scilicet
de veneratione reliquiarum quod

ostendatur in proxima feria post
in Nurenberga Unde mouentur
sunt aliqui questiones · Et primo queritur — q ·
utrum clavi et lancea sint re
liquie crucis et corone digniores ·
Respondet Henricus de Hassia in 3 de lan — r°
cea Christi c 4 sit / Tertia reliquie
Christi plus perfecte seu consecrate
Crux enim est sancta et corona quia
tacta corpore Christi et aspersa eius
sanguine Sed lancea et clavi ideo
quia perfectius sunt tacta corpore et
sanguine Christi quam crux quia in ea
sunt infixa et corona que caput pu
pungit Sed et lancea tetigit
secundum visionem Brigitte vidue Et
clavi perforaverunt scilicet manus
et pedes Christi // Item secundo queritur
Sicut in iudicio extremo addu — q ·
cetur crux Christi in testimonium utrum
etiam lancea et corona clavi et
alie res et arma quibus Christus
in sua passione ictus suscepit et
desperati sunt · Respondeo idem magister — r°
Henricus de Hassia quod eadem
racio est de lancea corona cla
vis et aliis rebus et armis
Christi sicut de cruce Christi Unde
Math 24 Tunc apparebit
signum filii hominis in celo Unde
dicit Crisostomus super Math Crux quia
et etiam lucidior radiis solis — D
exeunt clariores // Item queritur — q ·
que reliquie sunt excellentiores · Respondeo — r°
secundum Tho super · 3 · di · q · 74 iste re
liquie sunt excellentissime hic que corpus
tetigerunt ut crux et effusa Christi
sanguine in passione lancea que cor
Christi penetravit et clavi qui per
foraverunt manus et pedes Christi
et similia Quamvis enim secundum Bedam corpus
tactu mundissime carnis vim re
generativam aliquid contulit Ita

corpus tactu sui corporis et sing-
ularius consecravit prefata et
nobilitavit et amplius vene-
randa sunt quam sanctorum ossa vel re-
1· liquie. Item quare. Notandum de
causis reliquie sanctorum sunt hono-
2· rande. Et hoc secundum Augustinum de civi-
tate dei et secundum Ieronimum et secundum Thomam
propter quadruplicem causam. Prima quia
1 ipsas deus veneratur cottidie mira-
cula sanctorum faciendo per reliquias
unde refert beatus Gregorius in primo
libro dyalogorum. Et sicud Li-
bertinus sancti honorati caligula
quam cum devote portavit pu-
erum suscitavit. Secunda causa quia ho-
2 nor reliquiarum fidem future
resurrectionis auget in nobis.
Ecia quia sicut sancti qui nunc
fruuntur deo in celo sunt in presenti
vita unita ipsis reliquiis. Et
adhuc in futura resurrectione e-
runt connexe unientur ipsi corpori in e-
terna beatitudine. Unde secundum ap-
postolum omnes quidem resur-
gemus etc. Tercia causa est
3 quia corpora sanctorum fuerunt spiri-
tus sancti templum dei et organa et
instrumenta spiritus sancti per que operatus
est virtutes et bona opera et ecia
miracula que leguntur de ipsis
sanctis ecia in presenti vita sua.
4 Quarta causa. Ecia diligere
sunt bona actorum et exemplum nostrorum
actorum que nos precesserunt et no-
bis reliquias suas reliquerunt
in memoriam suorum. Unde sicut
plus diligit instrumenta cari
sui medici et diligencius custodit.
Unde filia plus diligit cul-
tellum modici valoris matris de-
5 functe quam florenum. Quinta causa

quia sancti quorum reliquias ve-
neramur sunt in celis sicut apud
dominum regem nostri advocati
et intercessores. Aliud notan-
dum. Et sicud invocamus et ve-
neramur sanctos sicut sanctum Petrum sanctum
Paulum sanctum Nicolaum et al-
ios sanctos canonizatos pub-
lice et private. Sed non canoniza-
tos secundum morem invocare pos-
sumus private. Et tamen probabiliter
appareret sibi notum dum aliquis
pro nunc esse in patria. Tale ipsi-
hes sanctorum ecia venerandum et
reliquias eorum et corpora vel
ossa non res que possiderit
vel tetigerit ut vestes et
alia que licet sint insen-
sibilia tamen reliquie sanctorum et di-
cuntur et in eis non terminatur pre-
cise veneracione sed in sanctis quo-
rum sunt vel fuerunt et sunt et
memorialia sunt sanctorum. Exemplum
utens berillo non terminat
visum ad berillum sed ultra ad
librum.

Xpus passus est pro nobis
vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius
1 Petri 2o. Sicut sanctis quod ho-
norem memoriam institutum est et
recordacionem statuit per ecclesiam sanctam
ut hoc legitur de passione christi
ille magne caritatis et pietatis
speciem. Unde passionis christi spiri-
tuali gaudio recordacionis quo
iubilat suspirat gemit
in cordibus fidelium in oblivionem
transeat. Ecia oblivio passionis
christi valde timenda est quia multum

1

dulcem bibisti. Unde Bernardus: Super omnia reddit te amabilem michi o bone Ihesu calix quem bibisti opus nostre redempcionis. Nichil allicit blandius, nichil exigit iustius, nichil stringit fortius, nichil afficit vehemencius. || Secundo timendum est quod in die iudicii deus imperabit obliviosis et negligentibus passionem suam et beneficia ipsius impensa. Unde doctor egregius Efrem in libro de die iudicii: Ipse Christus racionem requiret a nobis pro oblivione et negligencia nostra. Et dicet ipse: Propter vos incarnatus sum et in terris palam conversatus, propter vos flagellatus sum, colaphis consputus, palmis in facie cesus, crucifixus, aceto et felle potatus. Paradysum vobis aperui, regnum celorum vobis obtuli, Spiritum sanctum vobis misi. Quid ultra debui facere et non feci? Dicite michi peccatores, cum nam passibiles et mortales, quid passi estis pro me creatore vestro, cum ego pro vobis impassibilis et immortalis passus et crucifixus sum et mortuus. Ergo debemus esse grati et non obliviosi passionis Christi. Unde Crisostomus super Matheum: Non est aliquid aliud per quod deo gratias agere debeamus quam per mortem ipsius. In signum huius beatus Petrus apostolus reducit nobis ad memoriam passionem eius in verbis premissis dicens: Christus passus est pro nobis etc. || Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. || Primo de passione Christi. || Secundo de illis qui maledicunt deo et sanctis. Tercio de bona spe quam debemus habere ad Christum qui est pastor et

B

Christus magis noster. || Quantum ad primum sciendum. Unde beatus Petrus apostolus non dicit que et quanta passus est Christus sed simpliciter dicit: Christus passus. Et racio huius est quia Christus multa et quasi inexplicabilia pro nobis passus est et etiam propter maximam caritatem quam habet ad nos. Johannis xv: Maiorem caritatem nemo habet. Unde Augustinus: Vide homo quanto amore diligit te dominus deus tuus. Pro te ligatus est ut te a vinculo peccatorum absolveret. Pro te iudicatus est ut te a iudicio eterne dampnacionis liberaret. Pro te coronatus est spinea corona ut te coronaret in celis. Pro te vulneratus est ut te egrotum sanaret. Pro te mortuus est ut te ab eterna morte suscitaret. Unde tantus amor fuit Christi ut dicit Augustinus: Et si Christus Marie filius tot membra habuisset quot sunt stelle in firmamento celi et quodlibet membrorum vitam propriam habuisset, omnia in mortem tradidisset antequam hominem de potestate dyaboli non liberasset.

C

|| Secundo vobis relinquo exemplum ut sequamini vestigia eius. Ubi sciendum quod Christus vias duras intuitu nostro leves que sunt. || Prima enim fuit de celo in uterum virginis ubi defectus nostros assumpsit. || Secunda in mundum miseriis plenum. || Tercia in Egyptum statim post Marie purificacionem, ubi in exilio per septem annos mansit. || Quarta reversio de Egypto rediens in Iudeam post obitum Herodis. || Quinta quolibet anno in Iherusalem ad templum ivit cum parentibus suis. || Sexta pedibus ambulabat per vicos et castella predicando et infirmos

sanando || ii ubi in parasceues pro
quod agni paschalis capitur et duc-
tus est || 1° ad annam || 2° ad
cayphan || 3° de mane ad pyla-
tum || 4° ad herodem || 5° ab he-
rode ad pylatum || 6° ad locum ad
flagellacionis et coronacionis || 7°
ad pylatum et a pylato ad os-
tendendum eum populo dicens
Ecce homo. Ecce vero ve || 8° ad
locum iudicii ubi ad mortem iudi-
catus est || Nono ad locum calua-
rie ubi crucifixus est. Augustinus
de vera religione. Tota vita
Christi in terris quam per hominem quem sus-
cepit disciplina morum fuit. Omnia
bona mundi temporalia contempsit
que contempnendo docuit. Et omnia
mala sustinuit que sustinendo pre-
cepit. Unde etc. Bernardus de passione domini
Disce a Christo modestiam. Disce tol-
leranciam. Eum attende et non
dolebis iniuriam. Nam que pro nobis
passus eligerit eorum palmis
cum sputis flagellis capitis
punctis derisis clavis spineis
spinis coronatus aceti dampna-
tus semper gemit et ora pan-
dentes fascinavit || Sed qui pec-
catum non fecit. Unde hic queritur
·7· D utrum aliquis posset vivere sine peccato
veniali. Dicendum est in hac vita. Responsio
1·o pro loquendo de tota vita hominis que iam
pervenerit ad etatem ultimam de ex-
cellenti et speciali gracia est quod tale
sine peccato sit veniali sit. Beatam vir-
ginem augustinus dicit de beata virgine que
numquam veniale peccavit. Unde si
omnes sancti interrogarentur si peccas-
sent omnes una voce responderent:
Si dixerimus quia peccatum non habemus
B veritas in nobis non est prima 2e
·4· Septies enim cadet iustus et
resurget || Non quidem hic utrum

quilibet homo posset vivere sine
1·o peccato mortali. Responsio quod sic. Ita quod
hoc sit servare precepta dei et ec-
clesie et vivere sine omni peccato mor-
tali cum divino adiutorio. Et sic
nolle dicere oppositum est hereticum.
Unde magister sententiarum libro 2° d. 26
Illos cum manicheo errare dicit
qui dicunt hominem peccatum morta-
le vitare non posse. Unde augustinus
Et etiam allegatur in decretis. De
peccato adeo voluntarium est quod nul-
lo modo peccatum esset nisi voluntarium
esset. xv q. 1 § 1 || Sequitur nec est
inventus dolus in ore eius. Contra
hoc faciunt qui dolose et frau-
dulenter cum proximo loquuntur
qui mel in ore et fel in corde habent
etc. proximum suum decipiunt || Beatum
dicit quod quando aliquis fraudulenter
bonum loquitur et vult quod audiens
eum loquatur oppositum et malum
de eodem homine talis sit duplicem
peccatum || primo in se ipso quod fraudu-
lenter loquitur || 2° in proximum in-
ducitur dare occasionem obloquendi R
2 Quantum ad 2am partem dicit hic
beatus petrus. Cum malediceretur non
7· maledicebat. Unde hic queritur quod
sit pena proferentis maledictionem
1·o contra deum vel sanctos. Responsio secundum quod
habetur in extra de maledicis. Si quis
contra deum vel contra aliquem sanctum et pre-
cipue contra beatam virginem mariam
talia presumpserit debet septem
diebus dominicis pro foribus ecclesie
stare dum missa dicitur. Ita quod ultimo
die nec pallium nec calciamenta
sed corrigiam circa collum habeat. Et
quod septem precedentibus sextis feriis
ieiunet in pane et aqua nec ingre-
diatur ecclesiam. Et quolibet dictorum di-
erum tres reficiat pauperes et

sed non per tres saltem duos vel unum. Et per hoc non per illud quod in penam committere. Et si predicta renuerit debet ei interdici ingressus ecclesie. Et in obitu debet carere ecclesiastica sepultura, ut extra de sen[tentia] ex[communicationis]. Hostiensis pro tribunali sedent. Tertium in iudice ad discretio[nem] sententias mollia[t] [illegible] rigorem. Secundo quod maledicebat.

G Unde hic queritur an homo etiam debeat sustinere maledictionem sibi a malis hominibus imprecatam. Respondetur quod iustus et bonus homo debet ferre patienter propter deum tales maledictores quia non sibi obsunt sed multum prosunt quoad meritum vite eterne. Unde psalmista: Maledicent illi et tu benedices.

H Augustinus: Cum iustus est et maledicitur, premium ei pro maledictione redditur. Sed si e converso maledicit quis corde et cum deliberatione, tunc mortaliter peccat. Ideo in manifesto [illegible] deum graviter offendit et dampnationem meretur. Tertio invitatur ad tertium pastorem dicens hic: Unde convertere ad pastorem, id est ad christum, qui pascit nos in pane in corpore et sanguine suo. Et ad illum pastorem debemus habere bonam et firmam spem quod velit nostri misereri et nos salvare cum beatis et electis

I in celo. Respondetur secundum thomam 2a 2e q 18 ar 2 non. Et probat hoc per rationem similem: Spes est certa expectatio future beatitudinis. Ideo cum beatitudo non sit futura in beatis sed presens, ideo spes sicut fides evacuatur in patria. Sed dicet quis: anime sanctorum que sunt in patria expectant adhuc gloriam corporis, ergo etc. Respondet thomas: habens gloriam anime licet iam sufficienter causam glorie corporis eius quoad visionem.

Item queritur utrum spes sit in dampnatis.

K Respondet thomas ibidem quod non. Primo quia spes causat gaudium secundum illud ad Ro. 12: Spe gaudentes. Sed dampnati non sunt in gaudio sed in dolore et luctu. Luce 13: Ibi erit fletus et stridor dentium. Unde ysaias 65: Servi mei laudabunt pre exultatione cordis et vos clamabitis pre dolore cordis et pre contritione spiritus ululabitis. Secundo probatur: ad conditionem miserie dampnatorum pertinet ut ipsi sciant quod nullo modo possint dampnationem evadere et ad beatitudinem pervenire. Job 15: Non credit quod reverti possit a tenebris ad lucem quoad visionem. Unde ex hoc dicto patet quod spes solummodo est in viatoribus, id est in hominibus adhuc viventibus. Unde bonam spem debemus habere in deum nostrum christum, quia ipse est qui vult omnes homines salvari, quod ostendit in vita in morte et post mortem.

L In vita ostendit quia peccatores recepit et cum illis manducavit et bibit. Unde ipsi pharisei: Hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et murmuraverunt contra ~~peccatorem~~ vocatorem et amicum publicanorum. Secundo ostendens hoc in morte cum in cruce pendens pro crucifixoribus orabat dicens: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Sed inimicos suos voluit salvari, quoniam pro eis oravit. In hoc ostendit quod ceteros homines etiam vult salvos fieri. Et quomodo plures sunt conversi et salvati ex iudeis propter orationem christi, ut habetur actuum 2o ubi petrus tria milia virorum in uno sermone convertit. Item ostendit hoc adhuc cottidie post mortem et ascensionem suam qui ad tempus beneficia impendit tam bonis quam malis. Unde Math. 5. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos etc. Dispensat premia gaudii in celo penitentibus scilicet qui male vixerunt et postmodum per penitentiam redierunt, innocentibus qui numquam deum in aliquo peccato mortali offenderunt. Math. 20. Acceperunt singuli denarium diversum tamen glorie claritate licet denarius in merito et in gaudio ad omnes habent eandem claritatem in celo. Jo. 14. In domo patris mei etc. Unde magister sententiarum in 4o. d. 49. Electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. Unde etiam apostolus: Reddet unicuique iuxta opera sua. Exemplum quod deus dat penitentibus qui dum male vixerunt et postmodum per penitentiam redierunt, innocentibus in vita eterna hoc ostensum est in meretrice quam sanctus Paphnutius per triennium inclusit et postmodum celum intravit post tres dies. Ge. Re. in prima parte c. 28.

Deum timete. Ista scribuntur prime Petri 2o capitulo et in epistola currenti dominice diei instantis in quibus verbis apostolus Petrus hortatur nos ad habendum timorem dei qui summe necessarius est cuilibet homini qui cupit salvari. Unde ysid. Ysidorus de summo. Ubi timor dei non est ibi salus non erit. Ergo dicit beatus Petrus hic: deum timete. Unde in presenti sermone de timore dei tria sunt dicenda. Primo quare quilibet homo videtur deum timere. Secundo que sunt species timoris. Tertio bona que proveniant homini de timore dei.

Quantum ad primum sciendum quod deus tribus de causis timendus est a quolibet homine. Prima est propter suam potentiam. Sicut enim quidam etsi habent potestatem in regno suo tamen fugiendo ad aliud regnum evadit manus eorum. Non sic est de deo cuius dominationi subsunt omnia. Ideo nullus potest eius manum evadere. Unde Sapientie 16. Tuam manum nemo evadere potest. Et propter hoc magis timendus est. Unde in psalmo 138. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam etc. Nec in celo nec in inferno neque in extremis terrarum effugere potentiam tuam valeo. Scilicet habet potestatem super res temporales quas concessit tibi ad tempus quas potest auferre quandocumque sibi placuerit. Item super corpus tuum quia potest te facere claudum cecum surdum leprosum etc. Item super animam tuam. Math. 10. Timete eum qui potest occidere corpus et animam et mittere in gehennam. Secunda causa est propter suam sapientiam. Illa omnia cognoscit et omnia videt. Ad Hebre. 4. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Hoc enim si nos crederemus haberemus magnum timorem in omnibus cogitationibus locutionibus et operationibus. Unde Boetius: Magna est nobis indicta benefaciendi necessitas cum cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Unde Augustinus: Peccare vis quere locum ubi deus te non videt et fac quod vis. Item Augustinus ibidem: Deus timendus est in publico timendus est in secreto. Tu procedis videris et tu intras videris lucerna ardet et extincta te videt. Exemplum de illo sancto patre quem dirigit meretrix ad diversa loca et pie semper dirigit. Deus nos hic videt et sic cum illo conducit eam. Re. in principio Mt. 28. Tercia causa est consideracio ipse iudicis. Nam reus homo tremens timet se coram iudice seculari. Quantum ergo potest timere qui tot et tantorum criminum scit se reum esse apud districtissimum iudicem qui erit minus tam horribilis ad videndum. Quod tunc dicent montibus cadite super nos. Unde Apocalypsis vi. Job xiiii. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me et abscondas. Unde Ysidorus. Sive comedam sive bibam illa vox semper sonat in auribus meis: Surgite mortui venite ad iudicium. Nam ibi reddituri sunt districtam racionem de cogitacionibus, locucionibus et operibus de tempore suo. Et quomodo in statu suo quo vixit in presenti vita. Et eciam de bonis obmissis. Et eciam omnia peccata occulta cordis et corporis denudabuntur in iudicio. Mt. x. Nichil opertum est quod non reveletur, nec absconditum quod non sciatur. Insuper iudex ille erit inflexibilis. Nam si beata virgo Maria, beatus Johannes baptista et omnes sancti et angeli rogarent in iudicio pro aliquo qui tunc esset in peccato mortali, iudex tunc non exaudiret eos. Proverbiorum vi. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte nec acquiescet cuiusquam precibus. Unde ps. 18. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. 1a Petri 4. Si iustus vix salvabitur et impius ubi parebit. Quantum ad secundum principale sciendum quod quatuor sunt species timoris.

Primus timor est mundanus, cum quis homo plus debito timet amittere bona huius mundi. Et hic timor semper est malus et multa mala generat. Ergo sic hic est timor qui fecit innumerabiles innocentes pueros trucidari precepit ab Herode rege. Timebat enim quod ille quem tres reges regem iudeorum predicaverant eum regno privaret. Et gladio mundana propter hoc omnes parvulos in Bethleem et in finibus eius fecit occidere ut sic necet ipsum quem posset evadere. Mt. 2. Item hic est timor qui Christum interfici fecit a iudeis. Dicebant enim: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et forte venient Romani et tollent nostrum locum et gentem. Item ille timor iam in presenti tempore multa mala facit et multos predones et inimicos dei efficit. Hic enim timor facit multos usurarios, raptores, fures, falsarios, mendaces, mercatores. Hoc enim omnes timent temporalia sibi deficere, si cum veritate et iusticia deberent emere vel vendere. Unde hic queritur utrum timor ille sit peccatum mortale. Respondetur quod ille timor mundanus quandoque est actus mortalis peccati, scilicet cum potius quis peccaret mortaliter quam de bonis illis careret vel eciam bona temporalia ~~amitteret~~ perderet. Signum est quod illa bona plus diligit quam deum. Et quandoque eciam est peccatum veniale, cum quis potius venialiter peccaret quam illa bona amitteret, nollet tamen peccare mortaliter. Secundus est timor humanus, cum quis plus debito timet penas corporis vel mortem. Et iste eciam semper est malus licet minus quam primus. Iste enim timor humanus quandoque magnos decipit. Hoc patet in Petro. Luce 22. Qui propter humanum timorem

rem christum ter negavit et etiam
in aliis discipulis qui propter humanum
timorem fugierunt dilecto christo Ex-
ponendum Et christus confortat suos
contra humanum timorem dicens Luc. 12.
et Luce 12 Nolite timere eos qui oc-
cidunt corpus etc. Sic confortatus
est paulus apostolus Act. 21 Non
solum alligari sed mori paratus sum
propter nomen domini nostri ihesu christi Sic
et ipsi confortati sunt dicentes Mat.
20 possumus bibere calicem quem bibi-
turus es Sic etiam omnes aposto-
li Act. 5 Ibant apostoli gau-
dentes a conspectu concilii quoniam dig-
ni habiti sunt etc. Sic etiam omnes
martyres et virgines habiti et con-
fortati sunt Unde tamen verbera et
infirma non timuerunt sed morientes
pro christi nomine ut heredes fierent in
domo domini Sunt enim tres cause
quare debemus libenter letanter
et voluntarie exponere membra corporis
nostri exercitiis et afflictionibus
in servicio dei et etiam totum corpus
ad vitam nostram in mortem si necesse
fuerit. Prima causa quia corpus et animam
graciosam ab eo recepimus ut ei servire
debeamus Unde dicitur in ps. 99 Ipse fe-
cit nos et non ipsi nos ut ei servia-
mus et non huic mundo Et etiam
propter nobilitatem anime debemus corpus
nostrum exercere et exponere Nam
anima multum nobilior est corpori Et
ideo debet corpus exponi pro ea.
Sicut natura in animalibus exponit
membra minus nobilia pro nobilio-
ri Exemplum in homine qui naturaliter expo-
nit brachium pro capite. Similiter ser-
pens qui totum corpus ponit pro capi-
te in quo vita eius Ideo dicit christus
Mat. 10 Estote prudentes sicut ser-
pentes quorum prudentia in hoc

commendat 2. Secundo homines plures sunt
qui plus timent lesionem corporis
quam anime Et cum infirmantur vel eger-
les sunt in corpore et in anima sed tamen
plenam faciunt pro sanitate corporis
et pro longevitate vite querendo
peritiorem medicum cumque invenire
possunt etiam si deberent ire ad
eos non sex miliaria non etiam
expendendo magnam summam pe-
cunie, qui pro anima vix vellet
ad proximam ecclesiam audiendo
sermonem vel vix etiam daret de-
narium pauperibus pro salute ani-
me Et ratio est quia plus dili-
gunt vitam corporis quam anime Unde
Gregorius In morte in morte cer-
nimus omnes hic timet mortem ani-
me pauci/laborare ne moriatur hic
moriturus et non laborat homo
ut non moriatur sed semper victurus

2 Secunda causa Quia deus nobilius
corpus dabit post mortem in re-
surrectione quod erit tamquam sol
Unde quanto hic plus exterius ma-
cerimus et bonis exercitiis tanto clari-
us erit Mat. 13 Fulgebunt iu-
sti tamquam sol Unde etiam anselmus
In illa vita pulchritudo iustorum
solis pulcherrimi quod septuplum
quam nunc sit splendidior adequa-
bitur velocitas sive agilitas tanta
nos concomitabit ut angelis dei
equales simus qui a celo ad ter-
ram et e contra citius dilabuntur Gr.

3 Tercia causa est quia pro nobis
mortuus est christus qui est nobilis-
simus rex celi et terre et dominus
dominorum recapitulare ad Eph. 1 Tra-
didit semetipsum pro nobis etc. Unde
Bern. Iuste sibi meam vendicat vitam
qui pro me suam posuit Unde ps. Quid
retribuam domino pro omnibus que

Unde 2° machab 6. Cum ergo anthiochus compelleret filios israel transgredi legem dei Eleazarus nobilis et honorabilis vir nonaginta annorum voluntarie ibat ad supplicium et pacienter sustinens destinavit non admittere illicita propter vite presentis amorem. Hii autem qui astabant iniqui miseratione commoti propter antiqui viri amiciciam tollentes eum secreto rogabant ei afferri carnes quibus ei vesci licebat ut simularetur manducasse sicut rex imperaverat de sacrificiis carnibus ut hoc facto a morte liberaretur. Et ipse dixit non enim nostre etati dignum est fingere ut multi adolescentes arbitrantes eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum. Et ipsi propter modicum corruptibilis vite tempus decipiantur. Nam etsi in presenti tempore suppliciis hominum eripiar sed manum omnipotentis neque vivens neque defunctus effugiam. Hiis dictis confestim ad supplicia trahebatur. Et cum plagis perimeretur ingemuit et ait domine qui habes sanctam scientiam manifeste tu scis quia cum a morte possem liberari duros corporis sustineo labores secundum animam vero propter timorem tuum libenter hec pacior. Et hic quidem hoc modo defunctus est non solum iuvenibus sed et universe genti memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens. Hec et quelibet hiis consimilia nos docet exponere res et vitam quam contra preceptum dei facere. Unde quoque septem fratres matre dei effusi. Et de hoc in decretis. Qui propter christi nomine martirizantur procul dubio vitam eternam consequuntur .xi. q. iii. merito

3 Tercius timor est servilis cum quis non amore sed timore gehenne vel eternis pene abstinet a malo vel facit bonum. Ubi sciendum quod iste timor non est peccatum in se sed cum est apposito propter timorem pene sed inferni sive etiam pene temporalis vel ecclesiastice confusionis vel dampni temporalis. Unde non furari propter suspendium non [illegible] quod timet impregnari non quotidie malum [illegible] sub pena pecuniaria non [illegible] et non propter deum. Sciendum enim talis non peccat quando in opere minus peccat propter malam voluntatem. Unde augustinus. Ipsa voluntate reus est qui vult quod non licet fieri et talia mala que sit tamen solummodo timore pene non liberant hominem a penis eternis. Augustinus. Qui gehennam metuit non peccare metuit sed ardere. Ille bonus que ex solo timore facit et non ex caritate non est victoria. Unde apostolus. Si tradidero omnes facultates meas in cibos pauperum Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem non habeam. Unde dicitur in decretis. Opera que sine caritate non valent ad salutem .xx. q. i. Odi.

Ex hiis patet quanta stulticia est timore pene declinare a malo vel facere bonum et non potius amore dei et proprie salutis.

4 Quartus est timor initialis quo quis timet non solum penam sed etiam separationem a deo. Et ille timor semper est bonus. Ideo enim quis timet a deo separari quia diligit deum. Hic timor habet duos oculos dextrum quo sursum respiciens timet separari a deo. Sinistrum quo deorsum aspiciens timet mereri penas eternas. Istos oculos quilibet peccator debet habere et ad illos inducit nos scriptura math 3 omnis ar-

qui non faciunt secundum verbum eorum et reprobabuntur a deo. Ecce primum. Et in regnum mittentur, ecce secundum Matth. 24. Item propter quod dicturus est in tercio iudicio: Discedite a me maledicti in ignem eternum, ecce secundum et tertium. Iste enim timor facit recedere a malo. Prov. 16: In timore domini declinatur a malo. Iste provocat ad bonum. Eccl. 15: Qui timet deum faciet bona. Dicitur autem iste timor initialis quia est in incipientibus. 4 Quartus est filialis quo timet filius nec propter commodum nec propter penam sed timet offendi propter amicitiam et bonitatem suam. Et dicitur filialis quia ad perfectos pertinet. Iste timor facit hominem sollicitum et cautum quia tales filii stant semper in timore dei ne offendant oculos divine maiestatis. Exemplum de Job 9 qui dixit: Verebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti. Item timent sibi de occultis sicut erat sanctus apostolus Paulus. Timimus sibi ut sint conscii in aliquo peccato, tamen non sunt iustificati et ideo timent sibi ne aliquod peccatum occultum habeant quod deo displiceant. Exemplum de David qui sic timens dixit et habetur in ps. 18: Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me. Iste timor facit eos plus dolere etiam de minus peccato quam aliqui peccatores de magnis. Item facit eos quandoque timere de culpa ubi nulla est. Unde Gregorius: Bonarum mentium est ibi culpam cognoscere, id est timere, ubi culpa non est. Quantum ad tertium principale sciendum quod timor dei confert homini quinque bona. 1 Primo sufficientiam temporalium in presenti vita. Unde dicitur in ps. 33: Timete dominum omnes sancti eius quoniam non est inopia timentibus eum, glossa id est temporalium. Unde Augustinus: Pascit contempnentes et deserit timentes se? hoc non. Secundo confert vite prolongationem. Prov. 10: Timor domini apponet dies. Item in quibus vult ipse deus subvenire. Eccl. 1: Timenti deum bene erit in extremis et in die defunctionis benedicetur. 3 Tertio misericordiam dei impetrat. Unde dicitur in ps. 102: Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se. Dissequitur huiusmodi paratus est deus voluntatem ipsorum adimplere et preces eorum exaudire. Unde dicitur in ps. 144: Voluntatem timentium se faciet etc. 4 Quarto in bono statu conservat hominem et in gratia dei. Unde Bernhardus: In veritate michi sicut ad gratiam promerendam conservandam recuperandam nichil sic videatur [illegible] non aliud sapere quam semper timere. Ergo quicumque vult manere in gratia dei et non per passiones a se non expellere, debet semper stare in timore dei. Eccl. 27: Si non in timore domini tenueris te instanter subvertetur domus tua. Unde Bernhardus in tractatu de VII donis: Compone ista quod timor et religio [illegible] manere possunt alterum sine altero. Talis timor dei radix est et custos omnium bonorum. 5 Quinto confert eternam beatitudinem post hanc vitam. Unde dicitur ps. 60: Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum domine. Unde Eccl. 1: Timenti deum bene est in extremis, id est habebit beatitudinem eternam. Primo timor dei in presenti purgat et disponit animam ad evolandum cito ad celum. Unde Job 12: Terribili purgabitur. Exemplum ponit Gregorius de quodam viro sancto qui in

rabiliter timuit in morte Cum
autem postea apparuisset nuda in
splendida veste Et quereret ab
eo quare sic timuisset Respondit
quod timeo ille eum omnino purga-
verat ut statim post obitum ad ce-
lum evolaret

Omne datum optimum et om-
ne donum perfectum est descen(dens) a
pa(tre) luminum Jac(obi) 1. Et quo
sumus ditati in magnis donis
ne igitur propterea extollamur
ut beatus Jacobus reducit nos
ad memoriam quod omnia illa dona
habemus a deo ergo dicit omne
datum optimum et omne donum perfec-
tum etc Unde in presenti sermone tria
sunt dicenda // Primo illa tria dona
que nobis a deo ministrare dicitur lar-
giter // Secundo quare hec dedit esse
velox ad audiendum et tardus ad
loquendum // Tercio aliquid de eo
dono in uno exemplo // Circa primum
ad primum sciendum quod deus con-
tulit nobis illa tria bona scilicet res
temporales corpus et animam preciosam
que sunt bona meliora et optima
// Primo quia res temporales corpus et
animam preciosam que sunt bona me-
liora et optima // Primo quia res tempo-
rales et creature quas deus creavit
et homini dedit ergo sunt necessario bo-
ne patet hoc Gen 1o Vidit deus cunc-
ta que fecerat et erant valde bona
Item Eccl 39 Bona bonis creata
sunt ab initio Deus enim dat illa
temporalia scilicet panem ad vescendum
aquam ad bibendum aerem ad inspi-
randum lucem ad videndum // Terra
namque ministrat homini alimenta in fru-
gibus et glandibus Aqua lavacrum
et diversa genera piscium Aer prebet vi-
tale flamen et omne genus avium Ce-
lum prebet nobis lucem de die ad
vigilandum tenebras et noctem ad
dormiendum Unde quantum teneris
deo sumus pro tali feodo habet omnia
bonis in bono facit impiis et pec-
catoribus in mala convertuntur Cum a
districta racione reddituri sunt deo
in extremo iudicio de usu creatu-
rarum dei Unde etc apostolus Omnia
que diligentibus deum // Secundo quod hec tem-
poralia sunt meliora quia utimur
ea ad laudem dei et utilitatem pro-
priam scilicet deo decimas offerendo Unde
Prov 3 Honora deum tuum de tua sub-
stantia et de primiciis frugum tuarum etc
Item pauperibus elemosinas lar-
giendo Ysa 58 Esurienti pa-
nem tuum et egenos etc Item animabus
in purgatorio existentibus subveniendo
que cottidie clamant ad nos illud
Job 19 Miseremini mei miseremini vos
Set domini temporalium vere quidam
includunt sicut ille qui pecuniam
domini sui abscondit de quo dicitur
Luce 19 Ligatis manibus et pedibus
mittite eum in tenebras exteriores
Item quilibet tenetur proximo suo sub-
venire qui est necessarius Unde dicitur
in decretis pauperibus et non pote-
ntibus laborare subveniendum est di-
cit episcopus Unde Ambrosius Pasce fa-
me morientem si non pavisti occi-
disti Item quidam quod peius est
bona temporalia sibi a deo collata
inutiliter et male expendunt sicut
gulosi ebriosi luxuriosi luxoriosi
superbi in vestibus preciosis etc Et
tales sunt dampnati sicut Item Luce
16 de epulone qui induebatur pur-
purea et bysso et cottidie epulabatur splen-
dide // Tercio quod hec temporalia sunt op-
tima quia alliciunt hominem ad conside-
randum creatorem ad creatorem vero
et ipsum creatorem Unde sciendum   It

Et creator omnium creaturarum in cre-
aturis posuit pulcritudinem delecta-
tionem et dulcedinem ut homines ta-
libus allecti ad creatorem in quo
sunt omnia ista plenissime perfectissime
ergo cum gustas vinum dulce vel me-
donem cogita quam dulcius est dominus
in celo. Cum tu vides pulchrum homi-
nem vel pulcram ymaginem vel ali-
quam pulcram creaturam sicut auem
rosam vel lilium etc. Tunc co-
gita si hec temporalia sunt tam pulc-
ra tam dulcia et delectabilia vel ex
singulis ipsis singuli sensus re-
ficiuntur in presenti. Quanta erit
delectatio in beatitudine ubi umbra-
liter sed veraciter omnes creaturas
in suo creatore inveniuntur perfectis-
sime et plenissime a quibus omnes
sensus delectationibus replentur. Sunt
enim omnia huius mundi delectabilia
sparsim in creaturis recepta secundum certam
virtutem unde et apte in creatore
reperiuntur. Omnia enim clamant ip-
se fecit nos et non ipsi nos. Item
in creaturis debemus sanctam trinitatem
agnoscere. In magnitudine pote-
nciam que patri appropriatur. In pulcritudine
sapientiam que filio appropriatur. Bonitatem
que spiritui sancto attribuitur. Propter hec
et similia dicuntur creature vestigia dei.
Job xj. Vestigia eius comprehendes.
Non igitur creature et bona temporalia
in cognitione dei nos retinent. Nec
eisdem nisi ad beneplacitum dei et
utilitatem nostrarum animarum utimur nec vecari-
ter rationem possumus. || Secundum datum
quod est corpus hominis est bonum magni-
tum creatum est a deo sicut ceterae
creature. Sed quia corpus impugnat
contra animam hoc est propter peccatum. Et
inter omnia corporea creata tunc
corpus hominis est nobilius. Unde aug-
ustinus. Tamen omnium animalium cor-

pora sunt que magnus sunt in ce-
lis vivunt inclinata sunt ad ter-
ram et non sunt creata sicut corpus
hominis. Unde Gregorius dicit nam
immortalis est homo conditus
ut si non peccasset mori non po-
tuisset et hoc corpus anime da-
tum est ut dicit magister sententiarum ut
meritum sibi acquireret et haberet. Sed
dices quo modo merebitur in corpo-
re. 8 1o 4 Respondeo 3 modis. Primo resistendo viriliter
peccatis illis ad que corpus nostrum
plus inclinatum est sicut sunt recia
sed invidia sicut superbia etc.
Unde Judith. Quoniam resistere
cortes coronaberis. Apostolus ne-
mo coronabitur nisi qui legitime
certaverit. Job vij. Militia est vita ho-
2 minis super terram. || 2o in dando bona
opera operando et corpus nostrum
castigando scilicet dure iacendo vel
aspera veste induendo. Et corpus
tuum vinculis et flagellis castiga-
3 do vigilando orando. || 3o me-
mine in corpore sustinendo libenter
infirmitates et labores corporis.
Quia melius est infirmitas
corporis quia interim bona opera
1 facere. || Sed dices quomodo possum pa-
tienter sustinere quamvis infirmitatem maxime
1o forte sit magna. Respondeo debes cogi-
tare penam purgatorii que multo
gravior est quam omnes infirmi-
tates omnium hominum in toto mundo co-
niunctim. Unde dicitur in decretis. Ig-
ni purgatorio nulla pena est com-
parabilis temporalis di. 25 S qui in
aliud. Et in isto igne oportet te
diu manere et purgari si hic non
purgatus fueris. Unde etiam magister senten-
tiarum li. 4 di. 20. Deus eos qui a iustitia
impunitum non dimittit delictum. || 2o 2
cogita quod tales infirmitates au-

d

2.

B

T

1

tibi meritu tuu in celis Ita y
Gaudete in illa die et exulte
quia merces &c Et illa gla
tanta est Ita si omnis pilus sui
tineret dns infirmitates om
hom adhuc nichil esset re
spectu celestis glorie Vn apls
Non sunt condigne passiones hg
tempore ad futuram gloriam Ite
de hac gla habet ps &c Qm
d mille anni ante oculos tuos &c Ter
tiu datu est aia que est bona
et creata ad ymaginem dei Et
hoc datu scz aiam dedit nobis
deus ut totu intellectu et affectu
ut omnes vires aie in deum diri
gamus et sic diuina et celestia et
superius ut scz racio deum inspi
ciat cognoscere voluntas cupiat
diligere memoria in deo agni
to et amato dulciter requiescat
Et tunc hoc datum erit melius
et optim qm aiam intime perficit et
inflammat in caritate dei et vn
deo sic quod erit unum cum deo Sicut
ferrum mutatur in ygne quantu ad
formam non quantu ad matam Unde
apls Qui adheret deo unus spi
ritus erit cu eo Augus super epla
cano. jo. Talis est unusquisque
qualis est eius dilectio Si ter
ram diligis terra es Si deum deus
E es &c Sc et omne datu pfectum
est id est gla celestis descendens
a pre lumi i. a tota trinitate
ibi enim pr celestis dat se nobis
in eternitate fecundissima Et ide
eciam perfecte amados ubi filius dat
se nobis in sapia lucidissima et in
de eciam perfecte sapientes ibi da
bit se nobis deus spus sanctus
in bonitate dulcissima Et inde eri
mus eim voluptatu super effluen
tes In hys impletur quod dicit

Luce 6 Mensuram confertam et co
agitatam et sup effluentem dabunt
in sinum vestrum Mensura bona
quia tali anno nichil melius inve
nit Confertam quia nulla ps nul
lus angulus erit vacuus qui no
voluptate et gaudio repleatur
Coagitatam quia undique gaudium et
pp de dei visione phisica & pirlo
colacione intica & secura possessio
3 ne Creata & oim electorum contempla
tione Sup effluentem quia sm ome
meritu supra oem sensum supra
ome desiderium erunt illa gaudia
que ibi possidem Et hec sunt dona
de quibus dicit Aug Confe 9 Gra
tias ago deo meo pro inenarrabi
li dono eius // Redditur ad com
ptem illius sermonis dicit sanctus
Jacobus Sit omnis homo velox ad
audiendum tardus ad loquendum
// Notandum quod aplus ostendit quod
homo paratior debet esse ad audiendum
quam loquendum // Primo per hoc quod 1
auditus in pluribus est quam lo
quela Auditus enim est in hoc ha
bentibus racionem in quo inveni
quod in discrecione maior quam loquendi
sit // Unde legitur quid Xtus loqui sepe
sit indoctum Sen quod nullus pt loqui 1
aliquod verbum quin videatur aut 1ᵒ
demoretur Et racio est quia loqui
est actus racionis Vn dicit pol
Nullum animal natura hs sermone
nisi homo Et omnis actus qui a
racione predit aut est meritorius
aut demeritorius sm Ure // Scdo os
tendit in hoc quod lingua naturalr est 2 ff
inclusa in carcere apte et in apto
// Tercio ostendit in hoc quod Ita quilibet habet 3
duas aures et unu os Unde hic
e diligent attendendum Ita trees
plus fuerunt qui requisti quae

se tacerent. Refert primus nomine So- 3
crates dicens loqui me sepe pe-
nituit tacuisse autem numquam
Et philosophus dixit Nullus stulti-
tiam tacere potest. Et philosophus nomine Ze-
nocrates dixit Ob unum et duas
aures habemus quod docet multa
debemus audire sed pauca loqui
Unde legitur in vitaspatrum Quod sanctus
agaton abbas per triennium lapi-
dem in ore suo portavit donec
taciturnitatem discere potuit Item
sanctus theonas abbas in cella
sua per xxx annos silentium habuit
Item notandum Quod debemus esse pa-
rati ad audiendum verbum primo divi-
nam legem Unde proverbiorum 28 Qui de-
clinat aurem suam ne audiat le-
gem, oratio eius erit execrabi-
lis secundo prelatorum in persona Math. x. Qui
vos audit me audit qui vos sper-
nit me spernit. Tertio pauperum clamorem
proverbiorum 21 Qui obdurat aurem suam
G in clamorem pauperum clamabit et
ipse et non exaudietur. Glossa Ira
viri iustitiam dei non operatur Unde
7 1.0 hic queritur Quid ira est peccatum mor-
tale et quando non. Respondetur ad hoc quod triplex
est ira, prima est bona et est quando
homo irascitur super peccatum suum sive proprium sive
etiam alienum Crisostomus. Illa melior est
ira exigitur quam per tristitiam vultus cor-
2. rigitur animus delinquentis. Secunda est
ira venialis scilicet ira subita sine
deliberatione rationis Communis in religiosis
bus hominibus quibus nec cito acce-
dit. Et quando quis ex subreptione
commovetur et quam cito in rationem ad-
vertit mox compellit et constrin-
git iram et non vult se vindicare
et hic solum peccat venialiter Unde
Cassiodorus venialis ira est

que non ducitur ad effectum. Tertia
est mortalis ut cum quis irascitur sed
cum deliberatione et in consensu ra-
tionis Et cogitat in animo quomodo
possit se vindicare et talis se i-
rascens reus erit iudicio habetur
v Omnis qui irascitur fratri suo re-
us erit iudicio Et si illa ira osten-
dit verbis scilicet maledicendo et
convitiando proximum suum tunc
adhuc amplius peccat et in hoc
meretur eternam maledictionem quam
operibus dicturus est in extremo iudi-
cio ut habetur math 25 Ite male-
dicti in ignem eternum Et si ex ira
procedit ad factum contra proximum se
tendendo percutere vulnerare vel occi-
dere tunc adhuc amplius peccat 6
Quantum ad tertiam partem dicit
Glossa In mansuetudine suscipite insi-
tum verbum Notandum Quod sicut glo- 8
dicit super illud Joh. 8 Sermo meus
non capit in vobis Sermo enim dei
est ut hamus qui capit dum capi-
tur Ideo necesse est cor mansuetum esse
et planum et tenerum ut verbum dei pos-
sit infigi Cor enim lapideum hoc
non suscipiet ideo dicit Glossa In man-
suetudine suscipite insitum verbum
scilicet vivi predicantis et insinuantis
Glossa Quod potest salvare animas vestras
Nam anima multo plus claudicat
de verbo dei quam de cibo et po-
tibus vel cibis dispositis Nam verbum
dei potest salvare animas in presenti a morte
spirituali scilicet peccati Unde david ps
118 In corde meo abscondi eloquia
tua ut non peccem tibi In futuro vero
a morte eterna unde Jo. 8. Amen
dico vobis si quis sermonem meum ser-
vabit non videbit mortem in eternum
Ultimo quarto etiam sanctus Bernhardus

in vno sermone querit magistrum predicem. Require in principio quadragesime discipuli. v. ij

Estote factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmetipsos Jacobi 1°. Cum dies illius ebdomade dicuntur dies rogacionum atque oracionum quas debemus offerre Christo ascendenti in celum vt nobis promittat promissum spiritum sanctum. Sed quia oracio hominis non exauditur nisi vita ad hoc concordet operibus bonis. Ideo beatus Jacobus in presenti epistola invitat homines ad bona opera dicens Estote factores verbi. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que habet tanguntur in epistola. Primo de auditoribus verbi dei. 2° de refrenacione lingue. Tercio de oracione. Quantum ad primum sciendum quod sunt quidam qui verbum dei non audiunt et isti sunt corrupte diaboli. hoc sic probatur Jo. 8. Qui ex deo est verbum dei audit propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Status videmus quod aliquis non sit dominus alicuius castri quando ei volenti ingredi porta clauditur. porta per quam intrare volt dominus ad cor hominis est auditus verbi divini. Ergo qui auditum ei negat quasi claudit ei portam. Statum etiam videmus quod aliquis non sit de familia alicuius domini mandatum eius non vult audire. Sic est de illis qui nolunt audire corpus predicatores suos Luce 10. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit.

2 Secundi sunt qui verbum dei audiunt sed non faciunt. Et isti seipsos decipiunt vt dicitur in verbis premissis fallentes vosmetipsos. Quando aliquis seipsum decipit per ab egritudine quam habet se solo auditu medici se crederet curari. Et si quis solo aspectu speculi crederet deformitate et macula a se removeri. Speculum in quo maculas nostras videre debemus est sacra scriptura vnde Gregorius Specula sunt dei precepta in quibus semper anime se conspiciunt ut si que sunt in eis feditates deprehendunt. Et tales qui verbum dei audiunt et non faciunt incurrunt maledictionem dei iuxta illud Deut. 27 19 Maledictus qui non permanet in sermonibus legis nec eos operibus implet.

Tercii sunt benedicti vt dicitur Luce 11 Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. vnde Apocalypsis 1°. Beatus qui legit et audit verba prophetie huius et servat ea que in ea scripta sunt. vbi dicit glosa Illi soli sunt beati qui verbum dei audiunt libenter et mente retinent et opere complent et hic vitam eternam possideant. Et quibus tales est benedictus a deo iuxta illud Deut.° 28 Si precepta dei audieritis benedicti eritis in civitate et in agro. Et tales etiam videntur esse multum dilecti domino nostro Jhesu Christo vnde Luce 8. Mater mea et fratres mei hii sunt qui verba dei audiunt et faciunt. Item de pastore petro qui tantum vnum audivit sermonem et salvatus est hoc quere in principio quadragesime v. l.

Quantum ad secundum predicitur. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam huius vana est religio. Hic apostolus Jacobus hortatur nos ad custodiam lingue quam habere necessarium est vnde versus lingua. Sunt aliqui qui sibi cavent ab operibus malis sed cavent sibi a verbis malis non attendentes illud Cuicumque custodia adhibeatur castro si porta non custodiatur labor est inanis. Idem est in homine. Ipse

enim os custodiat et vana est eius
h(ic) alia custodia Ideo multo debemus
refrenare linguam nostram Primo a su-
perfluo proloquio quia hoc vicium eos inundat
Eccli enim secundum proximum verba sunt sicut
eorum proponunt que sunt in ore Item
Math 12 Ex habundancia cordis
os loquitur Tales enim similes sunt vasi
pleno stercore a quo non exit nisi
fetor et inmundicia Item refrenan-
da est lingua a verbis mendacibus
Sap 1 Os quod mentitur occidit
animam Item a falsis iuramentis
quia quod quis iurat per deum sciens
quod non est verum peccat contra 2m precep-
tum ubi dicitur non assumes nomen
dei in os tuum in vanum Sic eciam peccat
contra illud preceptum qui blas-
phemat deum et qui maledicit pro-
ximo Item refrenanda est lingua
a verbis derisoriis Eccli subsannans
subsannabitur Et deridens deridebitur
Item a verbis detractoriis Bern Cu-
ius impia est lingua que tres inf-
icit uno flatu scilicet se ipsum et eum qui
audiendo ei consentit et eum cui detra-
hit vnde idem Bern Gladius tri-
ceps est lingua detractoris Re-
ligio munda et inmaculata etc Ja-
cobi Hic apostolus nos invitat ad misericor-
diam operum que primo necessaria est
nobis Tercia indigna sicut alios
consequi divinam misericordiam nisi mi-
sericordes pauperibus et eorum necessita-
tibus subveniat misericordia ubi facul-
tas suppetit Gregorius Dei misericor-
diam non potest promereri qui sibi
misericors non fuerit vnde Leo papa
in sermone Misericordie virtus est tan-
ta ut sine illa cetere et si sint pro-
desse non possunt Quamvis enim quis
fidelis sit castus et sobrius et aliis
maioribus ornatus insignibus si mi-
sericors non est misericordiam
non meretur Tercia misericordia vz
operis que in vita presenti quo ad meritum
Vnde Crisostomus super Math Equale
mercedem habet qui propter deum pere-
grinatur et illum qui peregrinantem
recipit et fiunt ambo equales
Et qui propter deum refrigerat et
qui propter deum laborat Ita valet
in morte vnde Jeronimus in epistola ad Neo-
pocianum Non memini me legisse
mala morte mortuum qui libenter
opera pietatis exercuit habet enim
multos intercessores et impossibile
est preces multorum non exaudiri
Item valeat post mortem scilicet in
iudicio horrendo salvat Nam de operi-
bus misericordie fiet discussio in extre-
mo iudicio vz Math xxv Esurivi
et non dedistis michi manducare Item
quod pauperes hoc invenit in lecto in
foro christi Respondeo in principio eorum
c 33 Quantum ad 3am partem scilicet
de ore tue hic movende sunt alique
questiones Et primo queritur quid
sit oracio Respondetur Damascenus oracio
est peticio decencium a deo Et secun-
dum in c dis sunt hec diffinicio Da-
masceni verissime essenciam ora-
cionis declarat 2o queritur quo
deus et sancti adorandi et ve-
nerandi Respondeo secundum quod videtur quod
est 3plex adoracio sive veneracio
prima dicitur latria et est servitus
soli deo debitus et sic solus deus
adoratur et sacramentum eukaristie
Item queritur utrum crux christi in qua
pependit debeat adorari adora-
cione latria Respondetur quod crux illa magnam
sunt ipsius ... dupliciter
consideracionem sicut primo modo est
ymago christi sanguine preciosa que est

que est vera ymago christi crucifixi corporalis et extensi in ea etc. adoratur eadem adoratione latrie propter christum. Et sic eam alloquitur sancta ecclesia christum dicendo Salve crux sancta salve mundi gloria vera spes nostra vitam ferens omnium. Et iterum in alio ympno tamquam christum O crux ave spes unica. Et sic etiam adorari debet et potest quelibet crux in forma crucis ad ymaginem christi formata de quacumque materia sic adoratione latrie. Alio modo consideratur crux christi in quantum est res quedam scilicet lignum et sic non potest eadem adoratione adorari cum ipso christo quia ut sic non pertinet ad personam verbi ut persona eius. Ergo non potest eadem adoratione adorari cum ipso. Item queritur utrum beata virgo maria sit ~~pura quedam persona agens~~ veneranda adoratione latrie. Respondetur cum beata virgo maria sit pura quedam persona agens ei debetur honor per se. Non alia adoratione adoratur quam filius eius utputa tamen non latrie que soli deo debetur sed adoratione yperdulie quia ultra alios omnes sanctos debet adorari et venerari. Ergo invocamus eam dei dignissimam sponsam dei genitricem dominam angelorum matrem gratie et matrem misericordie et huiusmodi simplex non fit alias sic.

Secunda est veneratio yperdulia et ab yper quod est super et dulia. Et ista veneratio exhibetur excellentioribus creaturis ut sunt beata virgo maria lignum sancte crucis perfusum christi sanguine in passione lancea christi clavi christi corona christi et spine de corona capiti christi impresse et etiam vestimenta christi et similia. Hec enim reliquie non pure sunt sed excellentissime quia christum tetigerunt. Unde Beda Crux christi tactu suo mundissime carnis vim reverentie aliquibus contulit. Ita christus tactu sui corporis et sanguinis consecravit prestavit et nobilitavit. Unde amplius veneranda sunt quam aliorum sanctorum ossa vel reliquie. Idem etiam tenet sanctus thomas in 3° distinctione 9.

Tertia veneratio dicitur dulia. Et illa attribuitur sanctis. Unde habitur quod utrum aliqua oratio sit dirigenda ad sanctos. Respondetur secundum thomam secunda secunde q. 83. Sanctis porrigitur oratio non tamquam per ipsos implenda sed ut eorum meritis et precibus orationes sortiantur effectum. Unde a sancta trinitate petimus ut nostri misereatur, ab aliis sanctis ut orent pro nobis. Sic dicimus Sancte petre ora pro nobis etc. Unde queritur utrum sit ydolatria prefiguratas sanctorum ymagines adorare. Respondetur quod ymago potest considerari dupliciter. Uno modo prout est res quedam puta lignum pictum vel sculptum. Et sic non adoramus ymaginem quia hoc esset ydolatria. Alio modo potest considerari ut est ymago vel signum alicuius rei et quia idem est motus quo quis vertitur ad ymaginem et in ipsam rem nominatam signum. Ideo etiam est eadem adoratio qua veneratur ipsam ymaginem et ipsam rem cuius est ymago. Unde dicitur in decretis Non ymaginem pictura est adoranda sed res per ipsam representata. De consecratione distinctione 3 perlatum etc. venerabiles. Ergo illi heretici errant prorsus qui ymagines christi et sanctorum destruxerunt. Unde legitur in cronicis: Leo papa anno domini ccc fecit ad [illegible] hic sinodum ista congregatum in calcedonia in ecclesia sancte eufemie virginis et martiris. Et ibi statutum est quod quicumque ymagines sanctorum inhoneste tractauerit aut reuerentiam contribuerit a gremio fidelium separentur. Item Constantinus papa sedit annos septem hic philippum imperatorem excommunicauit eo quod ymagines christi et sanctorum dehonestauit. Item post hec imperator leo cum filio suo constantino anno domini 717 regnauit 24 annis hic omnes ymagines christi et beate marie virginis et aliorum sanctorum in medio ciuitatis constantinopolitane cremari fecit. Et multos de populo sibi non consentientes decollari precepit. Vnde Gregorius papa 3 qui sedit annos decem et menses octo ipsum excommunicauit et vrbem romam cum ytalia ab eius imperio recedere fecit. Ergo nos christiani debemus venerari ymagines christi et sanctorum. Vnde dicitur in decretis ymagines sanctorum et picture sunt laycorum libri et scripture. de consecratione dist. 3. venerabiles etc.

℞

q. no

Item quinto vtrum homines obligentur orare et deo gratias agere. Respondet sanctus thomas quod sic. Et ratio est. Oratio est actus virtutis qui multum est meritorius quando fit in caritate et multum impetrat bona spiritualia et eterna. Et quilibet tenetur sibi prouidere de salute anime et procurare bona spiritualia in presenti ergo quilibet tenetur orare ut sic de peccatis suis satisfaciat. Et ideo clerici et sacerdotes et religiosi in sacris constituti specialiter obligantur ad orationem, quia propter officium datur beneficium. Vnde tales tenentur ex precepto dicere horas canonicas et orare pro benefactoribus qui alias peccarent mortaliter obmittentes horas canonicas sine magna causa et necessitate.

i. ℞

Item quinto vtrum debeamus pro nobis petere an etiam pro aliis orare. Respondetur secundum thomam secunda secunde q. 83 ar. 7 quod sic quia bonum suum est et non solum hoc opus spiritualis misericordie orare pro aliis et eis petere gratiam a deo in presenti et gloriam in futuro. Vnde Crisostomus super matheum. Pro se orare necessitas cogit pro aliis autem caritas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est ante deum oratio, non quam necessitas transmittit sed quam caritas fraternitatis commendat. Vnde etiam ambrosius in exameron. Si pro te rogas tantum pro te solus rogabis. Si autem pro omnibus rogas omnes pro te rogabunt. Vltimo notandum quod de illo operario bono et iusto qui orant pro domino impio et iniusto et impetrant sibi a deo veniam premium verum et salutem hoc quere in promptuario. D. 3.

Videntibus illis eleuatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. 1. Festiuitas hodierna est festa omnium festiuitatum domini nostri ihesu christi que de eo celebrantur in anno et in ipsa nostre salutis perfectio quia propter hoc incarnatus est et 33 annis laborauit circumeundo predicando miraculis sanando etc. deinde passus est ut nobis celum aperiret quod totum plene perfectum est quando videntibus illis eleuatus est et nubes suscepit. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo hystorialiter dicitur de ascensione secundum scripturas auctoritates et quare non statim ascendit. 2° qualiter celum ascendit. 3° quare celum corporaliter desiderant. Item

B

ad primum scandendum. Et ipse hodie
septies fecit apparuit discipulis suis
in ciuitate iherusalem. Comedit cum eis
in signum amoris. Sicut solent ami-
ci discessuri abinuicem simul co-
sedere gaudenter. Unde sicut ipsus re-
cepturus ad passionem dilectionem
cum eis renouauit et eorum pedes
lauit. Sic hodie precipue est cum
discipulis suis antequam celum as-
cendit. // 2º misit discipulos ad
predicandum et baptisandum in uni-
uersum mundum dicens Ite in or-
bem uniuersum. Quando cum hoc fa-
cere debebant necessarium est
et erat ut per spiritum sanctum illumina-
rentur et confirmarentur. Unde di-
xit Et conuescens precepit eis
ab ihero. Sicut ipsus dixit sic
apostolis ut habetur Io xiiii Paraclitus autem
spiritus sanctus quem mittet pater in no-
mine meo vel ille nos docebit omnia
scilicet necessaria nobis et aliis ad salutem
3 // Tertio duxit eos foras extra ci-
uitatem in montem oliueti qui
est in latere uersus bethaniam. Et
secundum magistrum in hystoria recedit se
fertur conuenisse ciuitatem. Et sic con-
uenit beata virgo maria mater domini
nostri ihesu christi et apostoli et alii
digni huius ascensionis videre.
Hec processio fuit pulcerrima deuotis-
sima et sanctissima ubi christus ve-
rus deus et homo precedit. Maria
cum deuotis mulieribus sequitur. apostoli
et alii lxxii discipuli christi cum illis
In signum huius in principio ecclesie quin-
ta feria fuit dies solemnis et
processio fiebat in memoriam ascen-
sionis ihesu christi. Sed propter multitudinem
festorum translata est in diem dominicam
4 // Quarto secundum ambrosium christus
singulis discipulis aliquid panis
dedit. Manus eleuauit in celum
et oculos suos. Sicut christus conswe-
tudo fuit. Ut videretur aliquid ocu-
los leuare in celum. Et benedicens
eis benedixit eos bona optando
committendo et dando. Inde hoc
habent quod episcopi in fine misse
benedictionem dant et etiam sacer-
dotes. quam quilibet christianus de-
uote debet suscipere quia delet peccata ve-
2 nialia. // Quinto cepit ihesus pau-
latim ascendere. Et tunc adorabant
eum omnes discipuli et flentes et
tristes et gaudentes de tanta glo-
ria domini nostri ihesu christi. Unde traduntur
hystorie romanorum quod nullus roma-
nus qui vincit extra romam per
aliquam pugnam excellenda. Non po-
terat intrare romam nisi obtineret
victoriam de inimicis. Unde qui non
habebant conflictum et victoriam in
pectore erant exules. Sed vero
3 victores redibant in signum vic-
torie serta rotunda quod tunc temporis
erat in usu et adhuc scilicet quod domine
tabularia portabant super capita
in modum rotunde corone. Et
quod tunc tempore etiam ordinabant quod sancti
canonizati christi triumpharent
de corpore christi proprio scilicet modo depicto
cum illis corona per facta in modum
rotundi scuti depingitur in capite
In cuius similitudine dicitur in psalmo
Scuto bone voluntatis tue coronasti.
Sic in proposito christus conuenit in
pugnam cum corona rotunda et perfe-
cta ut habetur Io 19. Tenuit ergo
ihesus et portio portauit coronam
et uestem purpuream. Sicut in suo
introitu cum inmeabili triumpho in

celum deus pater coronavit filio in corona de lapidibus preciosis et aureo Unde dicitur in psalmo 20 Posuisti in capite eius coronam Unde Cant. 3 videte regem salomonem in sua corona qua coronavit eum mater sua in die solempnitatis et letitie sue in quo hoc redundavit Luce 24 Nonne sic oportuit christum pati et ita intrare in gloriam suam Nam sicud christi que in passione fuit passa In ascensione fuit exaltata ad dexteram dei patris sedere, i. humanitas christi in divinitatis gloria consistere. Sexto propria adoraverunt christum ascendentem in celum regressi sunt in iherusalem cum gaudio magno Et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum Quod exponit theophilus de decem diebus ante penthecosten Tercia christi ascensio confortavit discipulos christi ut minus timerent quam antea. Septimo ascenderet in cenaculum ubi plures cum christo remanerent et ibidem in die penthecostes reciperent spiritum sanctum Actus 2o Et replevit totam domum ubi erant sedentes Item queritur hic Quare christus non statim post resurrectionem suam ascendit in celum sed 40 dies tardare voluit Respondetur quod hoc fecit propter resurrectionis certificationem Difficilius erat enim probare resurrectionem quam passionem quia prima die mortis usque ad 3am diem probari poterat vera passio et mors christi Sed ad veram resurrectionem probandam plures dies requirebantur et inter resurrectionem et ascensionem quam inter ascension passionem et resurrectionem Et hoc est quod dicitur hic Quibus prebuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies 40 apparens eis loquens de regno dei. Ubi secundum [illegible] iste numerus [illegible] a deo multum est honoratus Nam 40 septimanas mansit in utero virginis et matris sue Item 40 diebus ieiunavit Item 40 mensibus predicavit Item 40 horas fuit in sepulchro Item 40 diebus post resurrectionem apparuit apostolis Item 40 die post resurrectionem ascendit in celum. Quarto ad 2am partem secundum quod queritur qualiter christus ascendit Respondetur quod tribus modis christus ascendit. Primo patenter quia ut dicitur hic videntibus illis elevatus est Et hoc christus predixit discipulis suis ante passionem suam ut habetur Joh. 16 Vado ad eum qui me misit et nemo ex vobis interrogat me quo vadis Glosa Ita palam ut nemo interroget quia visu corporali cernat Ideo ante illis videntibus ascendere voluit ut ipsi ascensionis christi testes existerent quod in corpore et anima in celum ascendit super hoc dicitur hic Act. 1 christus dixit discipulis suis accipietis virtutem spiritus sancti supervenientis et eritis mihi testes in iherusalem. Secundo ascendit potenter quia propria virtute Ysa 63 Gradiens in multitudine virtutis sue. Unde Ioh. 3o. Nemo ascendit in celum scilicet propria virtute nisi qui de celo descendit filius hominis. Et in ascensione christus ostendit potestatem dominationis sue. Ubi enim ostendit se dominum maris et corporum in mari existentium quando ambulavit supra mare. Et piscis ex ipsius iussu piscem mundo cepit et staterem in eius ore invenit quem pro se et christo pro malo naulo dedit. Et quando cum magna multitudine piscium rete cepit. Item dominum terre quia tremuit in passione christi. Et etiam corporum in terra viventium et existentium quia infirmos sanavit mortuos suscitavit. Item dominum inferi et eorum qui in inferno existunt et fuerunt quia dyabolum ligavit et infernum despoliavit et sanctos patres inde redemit. Hodie ostendit etiam se dominum aeris quia per aerem et nubem ascendit in celum. Et etiam dominum celorum, quia hodie ostendit quod aperti sunt ei. Iste quam potenter hodie ascendit in spacio magno quod tam velociter pertransiit. Unde Rabi Moyses dicit c. 4 quodlibet celum cuius planete habet spissitudinem quingentorum annorum i. tantum spacium quantum quis possit celum transire in via plana quingentis annis et distancia inter planetam et planetam de via quingentorum annorum. Et non septem sunt celi planetarum et sic ipsius a centro terre usque ad concavum septimi celi quod est ultimum celum et septimum 7700 annorum in tanto spacio quanto de via plana quis transiret 7700 annis si tamen viveret. Ymmo certum est et constat quod omnia fecit in numero pondere et mensura c. 4 et altitudo incognita sit quia dicunt astronomorum qui dicunt quod sol octies maior sit tota terra et media stella maior est toto mundo.

Tercio ascendit letanter cum iubilatione angelica. Unde in ps. 46 ascendit deus in iubilatione. Dicebat autem ipsum angeli in signum obediencie tanquam creatorem suum, in signum dilectionis tanquam dominum et regem suum ammirabantur. At angeli videntes terram i. corpus christi terrenum ascendere in celum. Cum in terre sit descendere et non ascendere et terre locum infimum et non supremum. Unde Ys. Celum sursum terra deorsum. Et hodie dici potest terra sursum et celum deorsum. Unde Gregorius. Illa enim natura cui dictum est terra es et in terram ibis hodie in celum ivit. Ideo omnes angeli hodie letificati sunt quia hodie ruina eorum cepit redintegrari. Et si tantum gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente vel quando unus electus ad celum evolat, quanto magis quando hodie tot multa milia hominum cum christo ascenderent. Ubi omnes patriarche et prophete omnes electi ab initio mundi nati qui fuerunt de limbo patrum educti hodie cum christo letanter et feliciter ascenderent. Unde in ps. Ascendens christus in altum captivam duxit captivitatem etc. Tercio ad 3am partem scilicet videndum c. 4 hic quando quare christus mundum et etiam discipulos deseruit et hodie celos ascendit. Respondetur quod hoc fecit propter tria. Primo ut nobis ianuam celestis regni aperiret. Ianua enim regni celi in passione christi fuerat aperta quia non prius fuit solutum, nam adhuc clausa esse videbatur quia nullus per eam adhuc ingrediebatur. Ianuam autem aperuit christus cum hodie aperuit ut in sua ascensione. Tunc enim ta capta esse manifestant qui per ea personaliter ascendit. Et omnes electos quos de lymbo liberauit secum introduxit. // 2 Secundo ad hoc ut spiritum sanctum mitteret discipulis suis et ordinibus confidentibus Jo 16. Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos. Unde dicit glossa: Nisi corpus non potuerat dari spiritum sanctum discipulis nisi prius. Ratio quia non fuit hec ex parte impotentie sed ex parte apostolorum ineptitudine. Carnalia discipuli nimis Christi corporalem presentiam dilexerunt. Ideo ad suscipiendum spiritum sanctum idonei fuerunt. Unde Augustinus super illud promissa dixit: Si carni adheserunt spiritum capaces non erunt. // Unde dicit glossa: Utique causa quo discipuli dilexerunt corporalem Christi presentiam fuit pena. Ratio quia non fuit pena. Reddebant enim se hoc minus idonei ad receptionem spiritus sancti. Et hoc patet per exemplum. Gloria enim vera consolatione non gaudet alia. Unde cum delectabantur in passione Christi. Ideo petebat. Licet considerabat aduentum paracliti. Ipse enim non veniet ad mentem insinuo rantis et desideratus. Unde Sapientia: Ideo optaui et datus est michi. Invocaui et venit in me spiritus sapientie. 3 Tertio ad hoc ut intercedat pro nobis ad Hebreos 9. Introiuit in ipsum celum ut appareat vultui dei pro nobis. Item ut placeat iram dei. Dei peccatis quia peccata nostra clamant vindictam super nos. Et quanto plus peccamus tanto plus ira dei super nos vertitur. // Item ut inclinet deum patrem ad misericordiam. Et hoc fit 3° // primo per signa vulnerum que ostendit patri. Unde notandum quod antiqui ubi milites strenuitatis commanserunt cum vulneribus susceptis in aliquo bello in quo viriliter pugnauerunt. In honore sui receperunt absque ulla verecundia ostendere. Et potissime illis pro quibus receperunt quia per provocabat eos ad maiorem caritatem et fauorem. De hoc sub exemplo potest adduci quod de Julio cesare legitur. Cum quidam veteranus miles quadam publicam causam indicabatur circa quibus erat misera quietus ab omnibus. Rogauit cesarem ut secum pergeret et eum in publico adiuuaret. Cui cesar non vacat quia dabo tibi aduocatum. At ille: O cesar te periclitante in bello assatiano non vicarium misi sed egomet pro te pugnaui detexitque cicatrices vulnerum que in bello isto pro eo receperat. Erubuit cesar et venit aduocando pro eo personaliter, quo viso omnes fugierunt et veteranus miles liberatus est. Spiritualiter Christus in celum conscendens pro honore patris et pro salute totius generis humani multas recepit quarum cicatrices post resurrectionem seruauit ut deo patri illas ostendat. Non pro peccatoribus apud patrem intercedet. Unde Bernardus in quodam sermone: O homo securum accessum habes ad deum. Ubi enim mater ante filium et ostendit sibi pectus et ubera. Ubi filius in patrem et ostendit sibi latus et

et vulnera. Et quis potest hec
repulsam ubi tot sunt amores in
signia quod nullus. // 2° propter reveren
tia quia christus proprio est dignior quam pecca
tor tanto citius exauditur. Ad Hebr.
5 Exauditus est pro sua reverencia.
// 3° propter meritum sanctitatis et passi
onis quia christus ihesus meruit a
patre ut exaudiatur pro nobis orat.
Jo. 2° Si quis peccaverit advocatum
habet apud patrem ihesum christum. Unde
Gregorius. Nos in fletibus nostris in ac
tibus nostris sed in advocati nostri
ihesu christi allegacione confidamus.

Estote prudentes et vigila
te in orationibus. 1. pe. 4. c. Quan
do princeps aut rex ven
turus est ad aliquam civitatem predi
citur illis hominibus in civitate ad
ventus regis ut preparent se. Sic ergo
in evangelio predicitur adventus
sponsi sancti. Unde petrus apostolus in hac
epistola nos informat qualiter debemus
esse preparati ad suscipiendum tam
hospitem scilicet sponsum sanctum dicens Esto
te prudentes. Unde in presenti sermone
tria sunt dicenda // Primo de pruden
cia et oracione // 2° de mutua cari
tate // 3° de hospitalitate // Circa
primum ad primum dicit Estote prudentes.
Nam prudencia domini predicat huic
divino hospiti quod quia sapiens edifi
cavit sibi domum etc. Et hoc quod
prudens homo cognoscit seipsum,
scilicet quis est, quid fuit et quid erit
futurus. Cogita unde venisti et eru
besce, ubi es, et ingemisce, quo pro
peras et pertimesce. // Item cognosce
te per peccatum mortale esse odiosum deo.
Unde Sap. 14. Odio sunt deo impius et
impietas eius. Eccl. 12. Altissimus
odio habet peccatores. // Item
per peccatum mortale eris maledictus. Unde
dicitur ps. 118. Quia per peccatum mortale ex
debitore mortis eterne non solum temporalis,
ut innuitur Maledicti qui declinant
a mandatis tuis. Ezech. 18. Anima que
peccaverit ipsa morietur. Unde Ja. 1. Peccatum
cum consummatum fuerit, generat
mortem. Sic etiam econverso cognosce
quod gracia spiritus sancti facit te filium
dei et heredem. Ad Ro. viij. Si filii
et heredes. Item facit te beatum. Unde di
citur in ps. 143. Beatus populus cuius dominus deus
eius. // Item gracia dei facit te benedictum.
Deut. 28. Si precepta mea audieris
benedictus tu in civitate, benedictus
et in agro. Et in signum huius, tunc ho
nore vocabit deus bonos, qui a dex
tris eius erunt, dicens illud Mat.
25. Venite benedicti patris mei. Sequitur
Et vigilate in orationibus vestris. Glo
sa cum aliquis talia cogitat, que ad eam
spectant. // Unde hic queritur utrum evaga
cio mentis sit peccatum mortale. Re.
secundum Tho. 2. 2e. q. 83. Si quis ex pro
posito in oracione mente evagetur, pec
catum est, et impedit orationis fructum.
Et contra hoc dicit Augustinus in Re
gula Psalmis et ymnis cum ora
tis deum, hoc versetur in corde quod pro
fertur in voce. Item contra hoc precipitur
clericis quod officium divinum quando deus eis
prestare dederit, studiose celebrent pariter
et devote ut extra de cele. miss. dolen
tes. Evagacio vero que fit preter
intencionem mentis, et orationis fructum
non tollit. Sed vis prime intencionis
scilicet qua incipit orare et libenter de
vote oraret. Illa prima intencio
tota intencione vel oracione meri
toria reddit. // Item queritur utrum li
citum sit querere a deo longam vi
tam in presenti. Re. secundum Henricum de Hassia
super Gen. Ista questio habet duos

D

E

F

ptes Quo ad primam ptem sciendum
q p morte premat² quis // primo
corporis pulcritudine fortitudine et
sanitate // 2o delectacione et voluptate
// 3o bonis exterioribus ut agris
vestibus vpo pn vasis Et igr²
timens mortem solum ideo quia priuaretur
bonis iste fortune et delectacionibus
Et sic quia prolongacione vite ora-
uerit creature pctas Talis enim
si fieri posset perpetue in illicitis
vellet viuere quia qui vere aliquid
dum a fornari perpetue non consumendo
compertisset quod non finem omnis doctos
segnius mobile est et hic probacio
si diligere transferendi ut millia af-
fectus habuit eius quia caritate
quod sola finem applicuit ad filios adop-
cionis et ad heredes distribuit

G // 2o non sic // Qui non solum peccata
primo etiam mortis bona temporalia
aufferet non enim post mortem prima
locum habz nec facile potius finire
p mortalibus aut venialibus prol-
uendis Ad opa diuina expectare
potius nec nobis pro bono Et
sic ista laudabile est mortem timere 1
et pro longiori vita deum exorare 2o
dz non addi illud Mt 26 Fiat vo-
luntas tua sicut in iuventute sic in se-
nectute Et hoc exemplo xpi debz
facere Non in prolongiori vita orare
voluerit intencio sit ut penitens
de peccatis et satisfaciat hic pro eis
// 2o ut virtutes operari sanus et
valeas // 3o ut pxis pdesse
possis sicut beatus martinus orauit
dicens Domine si adhuc populo
tuo sum necessarius non recuso labo-
rem

H Item nonum Q4 quominus sit lauda-
bile timere mortem et petere dilaci-
onem mortis potioribus de causis

iam eternitate Tamen in quibus ex egri-
tudine se sentit moriturum et tunc
obligatur voluntatem suam conformare
voluntati divine in morte
consentiendo Euidens enim indi-
cium voluntatis divine est quod sic
sine deum velle Debet insuper
cogitare quod mors via est sola
que ducit ad patriam Un Sty-
dugg Omnis laudat qui vltimis
temporibus suis liberum animo mortis
sic exceperit adventum opportune
fauentes susceperit Un Gregorius
sup libro sapientie di c4 Job
non iam videt se vtique moriendum
mori vult et plene consentit
in mortem ac si proprium mortem
elegisset penam mortis si parare
ter pro suis meritis Et satisfacit pro
omnibus peccatis venialibus ymmo
aufferet aliquid ad satisfaccionem
dum pro mortalibus quare omnino lau-
dabile est in ipso voluntate sua
divine voluntati conformare // It-
em 2o Item senes pauperes et in-
firmi et tribulati debeat ex-
orare deum ut cito moriantur
Ut dicit henricus de hassia c4 ho-
in senectute constituti quo ut
vita ei constat tediosa non dz ideo
petere mortem quia in patria sua pro-
pe licet forte in criminibus ni-
si mereri negligunt Criminibus
sic operibus potest eum mereri gau-
dium essenciale accidentale et cum
diminucionem pene ymmo nec ex-
pedit vite eterne et essendi in
corpore quia hic magnum petere esset
magne superbie appetere qua
quis opa sua esse me eminenci-
us opatione recederet Unde 6 Job
Cum operibus deus respondum

dixit Recordare omnia mea vel Et
Ter^o quia vestit hom cum odio vel ad
re sic dignus ipse omnibus iniurie
vere tamen pannus inestimabile
est Item Job 7 Sicut mercenarii
dies eius Mercenarius autem a domino
petit impedimenti peccatoris angustia
mercatur immicia divina faciunt sicut
et tales Unde esset secundum tale sanctitatem
sicut apostolus paulus qui dixit
ad philippenses 1° Cupio dissolvi
et esse cum christo vel sicut david
propheta dixit psalmus 41 Sitivit anima
mea ad deum fortem vivum Item
in psalmo 119 Heu michi quia incolatus
prolongatus est Item de oratione
meretricis quedam oravit pro de-
voto viro et propterea illi meretrici
omnia peccata sua indulsit Require in
principio 0 2 e // Quartum ad 2am
Item dixit hic apostolus Omnia
in vobis fiant tempore caritate immunda
habetis Unde hugo Caritas anima
omnia virtutum est quia sine ea alia
michi prosunt 1 Cor 13 Unde dicit
omnis facultas 2 caritate non habeo nichil
prodest michi Unde Caritas est opus
bonum sine qua nec opus modicum deficit
sine qua nec maius acceptabile
Item non habenti caritatem valent omnia
tam prospera quam adversa habenti vero
caritatem omnia prosunt Ro 8 Quia
quod diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum Item qui non habet caritatem
mortuus est spiritualiter in presenti et
eternaliter in futuro 1 Io 3 Qui non
diligit in morte manet Et tamen caritas
operit multitudinem peccatorum
Ubi sciendum quod caritas dicitur vestis
et de hoc autem dictum est sermone
2° Et vestis imperialis caritas
dei et proximi quia hominem dignum

facit in regno regni celorum Et
quicumque hanc vestem non habet indignus
est consortio dei et angelorum Ad
talem dictum est propter illud Mt
22 Amice quomodo huc intrasti non habens
vestem imperialem Qui admiraretur dominus
inveniens aliquem in curia sua regia
absque veste imperiali i. sine caritate
dei et proximi Huius admirationis
possunt esse quatuor cause // Prima quia dominus
ihesus propter nimiam apprehendit ut
sponsa sua hanc vestem haberet Unde
alie vestes fiunt aut de pellibus ani-
malium aut de coloribus herbarum vel
visceribus vermium ut vestes serice
Hanc vestem voluit propter materia
misericordie quam de visceribus suis in
lateris sive operate amore pro no-
bis ostendit Item Unde Clavus
penetrans clavis reserans factus
est michi ut videam voluntatem domini
Quod enim vult dominus nisi ut eum
In hoc apparuit caritas dei in nobis quod filium suum unigenitum misit deus in mundum ut vivamus per eum. 1 Jo. 4. Cum secundum Augustinum nil predicatur dulcius nil auditur dulcius quam de caritate dei in hodierna epistola apostolus invitat nos ad diligendum deum et proximum sicut clare patet in textu illius epistole. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de nobilitate dei et quod sit diligendus. 2o quod recitate dei monet nos ad diligendum deum et ad bona opera. 3o signum amoris et eius signa adiuncta. Quantum ad primum sciendum: Circa preciosissimum et nobilissimum in hoc mundo est caritas. Tercia secundum apostolum Paulum: Caritas non perdetur et in morte non amittitur. Ille enim qui diligit deum in presenti quem non videt multo amplius diliget in futuro quem videt facie ad faciem. Item qui caritatem habet deum amittere non potest. Unde dicit Johannes: Deus caritas est et qui manet in caritate. Nam qui caritatem habet est quasi in sinu dei positus. Tunc dicit Augustinus: Noli tacere quando ibi paracletus ad salutem volebit. Unde apostolus: Scimus quod diligentibus deum. Nam ipsum patrem omnipotentem diligere deberemus quia ipse prius dilexit nos et misit filium suum in mundum ut vivamus per ipsum. Unde Wilhelmus Lugdunensis: Non sufficiebat deo pro acquirendo servum suum mittere sed filium suum misit unigenitum. Et hoc in mundum qui totus in maligno positus est et plenus est perfidia et miseria. Et ad hoc misit eum in mundum ut venditos redimeret et captivos unificaret. Unde Bernhardus admirans hoc signum dilectionis ait: Domine quid est homo quia innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Dominus mittis ei unigenitum ad opera enim nostra nostre salutis enim illos bonos spiritus per nos mittere in misericordiam. Hic filius unigenitus qui deus est per misit in mundum nos redimendo plus diligerit quam mater puerum suum quia mater quandoque obliviscitur infantem suum. Item mater lavat puerum in aqua sed ipse nos lavit [illegible] sanguine suo. Item mater cibat puerum suum lacte suo. Sed ipse cibat nos corpore et sanguine suo. Et diligit nos plus quam vitam suam. Joh. In maiorem caritatem nemo habet etc. Unde querit Hugo quod deus sit diligendus. Respondet Joh. [illegible] quia deus est diligendus sine modo. Diligendi deum est sine modo diligere. In ceteris namque virtutibus nimietas est viciosa, sed non in amore dei. Nam nimia fides facit credulitatem seu levitatem mentis. Unde Eccl. 19: Qui cito credit levis est corde. Nimia spes facit presumpcionem. Prov. 10: Spes impiorum peribit. Nimia misericordia facit fatuitatem. Eccl. 30: Miserere anime tue placens deo et contine et congrega cor tuum in sanctitate eius. Nimia iusticia facit crudelitatem. Unde Cassiodorus: Nimia iusticia non est iusticia sed fatuitas, sicut et iusticia sine misericordia non est iusticia sed crudelitas. Nimia prudencia facit curiositatem. Ad Ro. 12: Non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem. Nimia abstinencia causat debilitatem et abbreviat vitam. Unde Hugo: Carnem autem propriam plusquam oportet affligit, tunc suum occidit. Cui plus quam oportet alimentis concessit, hostem suum nutrivit. Caro ergo nutrienda est tantum ut serviat et sic domanda ut non superbiat. Caritas non potest esse nimia quia tenemur deum diligere ex toto corde ex tota anima et omnibus viribus. Et quanto plus quis hic deum diligit tanto clarius eum in celo videbit. Greg. De virgine illa cuius cor primo amore sponsi fixum est. Rex [illegible] C. 11.

Tenentur ad 2m secundum quia deus non plus hominem amat sed vult etiam a deo amari. De quo Aug. Domine quid sum ego ut me amare te iubeas et nisi hoc faciam irascere michi. Primo quia plus est deus rogat hominem mediantibus omnibus creaturis ut eum amet. Augustinus: Domine celum et terra mare et omnia que in eis sunt dicunt michi undique ut amem te. Unde Hugo li. 2 de archa noe: Omnis creatura loquitur nobis tribus modis: primo dicit vox accipe, 2a redde, 3a fuge. Hoc est dicit accipe beneficium, redde debitum, fuge supplicium. Prima vox est famulantis, 2a est admonentis, 3a comminantis. Vox famulantis sicut celum et cetera elementa. Nam celum dicit: Ego ministro tibi lucem in die ut vigiles, tenebras in nocte ut pauses. Aer dicit: Vitalem tibi prebeo flatum et omne genus avium ad tuum obsequium mitto. Aqua dicit: Potum tibi prebeo, sordes purgo, arentia irrigo et diversorum genera piscium ad esum tuum ministro. Terra dicit: Ego porto te, pasco, conforto, [illegible] oblecto. Unde etc. Et hoc dicit Hugo in libro de arra anime: O homo aspice mundum istum, omnis natura creata ad hunc finem currit ut tuis utilitatibus deserviat, tuis oblationibus secundum distinctionem temporum occurrat. Celi tibi deserviunt per suum motum, luminaria celi per suum influxum. Sol illuminat tibi die, luna illuminat tibi nocte. Ignis temperat tibi aeris frigiditatem. Aer tibi mungat ignis metalla calidite aqua mundat ubi fetorem et mitigat ubi post ardorem et fecundat terre rigorem. Terra vero te sustentat sua soliditate, recreat sua fecunditate, delectat sua amenitate. Ecce quid omnis creatura [illegible] sum dirigit ut tuis voluntatibus deserviat. Item vero admonetur est mundus quod dicit: Vide o homo quid amavit te qui me fecit propter te ut serviam illi qui fecit me propter te et te propter se ut. Et sentiens beneficium redde debitum quod tenetur et hoc exigit a te.

B Item causa quare deus a nobis amari velit est liberalitas sua ut scilicet paravit ordinem glorificandi nos. Unde in psalmo 138: Nimis honorificati sunt amici tui deus. Item vero

1 gravi nantur mali ex quatuor elementa. Primo ignis dicit perdici obstinato violenti pereunti a me comburetur. Aqua a me submergeretur. Terra dicit a me absorberetur. Infernus dicit a me deglutiretur. Item est hic diligenter considerandum 3

quod corpus et membra corporis instruunt hominem ut qualiter homo erga deum se debeat habere ut per ipsum possit deo placere et salvus fieri. Et primo pe-

C des nos instruunt in hoc quod sole plante terram tangunt quod amor noster contingere terrena nisi solum ad necessitatem ut scilicet tantum suppleat nobis de illis quantum nobis necessarium est ad sustentacionem. Unde ad Thimotheum e: Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Unde eccl. 30 proverbiorum 30: Divicias aut paupertates ne dederis michi sed tantum victui meo tribue ne-

2 cessaria. Secundo manus instruunt in hoc quod frequenti lotione 4 indiget ad sui mundiciam. Ita singulis diebus oportet eas lavari. In quo ostenditur nobis quod frequenti contritione cogitaciones verba et opera mea lavare debemus si volumus esse ea munda. Et signanter de sero tamen debemus antequam ponimus nos ad lectum 8. Exemplum quod David ps 6: Lavabo per singulas noctes lectum meum. Et ut statim deus ignoscat homini peccata sua. Unde Ezech 18: In quacumque hora peccator ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Et de mane deo offerre omnia opera eius sua et labores suos. Unde Gregorius in moralibus: Tunc bonum quod agimus per intencionem semper ad celestia levamus. Unde eccl. Hubertus. Tanti dic mane pungentes multa deo quod factum est offerentes simul de preteritis cogitationibus locutionibus et operacionibus illis diebus quinquies nobis ipsis capitulum teneamus.

D Tercio os nos instruit in hoc quod unum os habemus et duos oculos et duas aures monemur ad moderacionem in verbis. Unde Seneca: A natura duas aures et unum os accepimus quod plus audiamus quam loquamur. Unde proverbiorum 10: Qui moderatur labia sua prudentissimus est. In hoc autem quod os homini primum est nullum enim aliud primum corpore sicut augustinus legem ita primum os hoc est homo emonemur ad temperanciam cibi et potus. Unde Hugo de Sancto Victore: Parcitas enim cibi et potus reddit omnia libidinem extinguit, virtutem nutrit, animum roborat, mentem ad celestia elevat. Quarto lingua nos instruit quod sicut in humido est docemur quod de facili labitur. Facilius enim cadit homo quandoque ore sicut lingua quam quandoque sicut pede. Unde Eccl. 14. Beatus vir qui non est lapsus ex ore suo. In hoc quod lingua habet duas clausuras ostenditur quod valde nociva est nisi refrenetur. Cum leones et alia animalia fortia solent includi propter eorum nocivitatem, sic et lingua inclusa est. Unde Jacobi 3o. Omnis natura bestiarum volucrum et serpentium et ceterorum animalium domantur et domita sunt a natura humana, linguam autem nullus hominum domare potest. Unde Katho: Virtutem primam puto compescere linguam. 5 Quinto aures nos instruunt in hoc quod sunt aperte, ostendunt nobis quod quilibet homo debet esse paratior ad audiendum quam ad loquendum. Jacobi 1o. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. In hoc autem quod aures hominis sunt minores quam aures bestiarum ostenditur nobis quod non debemus aures nostras accomodare indifferenter omnibus sermonibus sive malis sive bonis sed solummodo bonis et edificatoriis. Unde Eccl. 28. Sepe aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. Unde apostolus prima Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. 6 Sexto oculi nos instruunt in hoc quod sunt duo, unus dexter alius sinister, docentes quod oculos cordis nostri debeamus habere non solum ad prosperitatem que per dextram designatur sed etiam ad adversitatem que per sinistram intelligitur. Item in adversitate est sperare prosperitatem futuram ne absorbeatur a pusillanimitate.

Item vero in prosperitate timere debet ad adversitatem ne in superbiam elevetur. Unde Eccl. 18o. In die bonorum ne sis immemor malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum. Non enim sic faciebat ille dives de quo habetur Luce 12, qui dixit: Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Cui dicitur: Stulte, hac nocte repetent animam tuam. 7 Septimo instruimur in hoc quod homo habet unum caput, duas manus, duos pedes. Item in corpore unius congregationis debet esse unus prelatus principalis, alias ibi pax non erit, sicut hoc fit in domibus presbiterorum spiritualium sicut etiam in domibus personarum secularium. 8 Octavo rectitudo corporis humani monet nos ad rectitudinem animi. Unde Augustinus super Genesim: Omnium animalium corpora sicut in aquis sicut in terris inclinata sunt ad terram et non sunt erecta sicut hominis corpus, quo significatum est quod mens nostra in eterna erecta esse debeat. Unde etiam Bernhardus: Curvetur et sape quasi sit supra terram creaturas ac est, id est meditari ac considerare que sursum sunt rectitudo. 9 Nono amor membrorum ad invicem in corpore uno ostendit nobis amorem quem fideles debent habere ad invicem. De quo amore dicit Christus Joh. 15. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut ego dilexi vos. Unde etiam 1 Cor. 12. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Et amore Christi debemus fratribus ostendere. Unde Jo. 9. Vult enim deus unumquemque alterius angustias ut proprias sentire esse. Et quod sibi in tali tribulatione si esset subveniri cuperet, ita ipse alteri propter deum subveniendo

postponat. // Ornatum ad 3am pertinens sciendum. Est tria sunt signa per que quis cognoscere potest an deum
1 diligat. // Primum est si quis sepius cogitat de deo, non enim libenter audit loqui de deo. Et sollicite facit omnia in quibus se dilecto posse complacere existimat. Unde Gregorius: Probacio dilectionis exhibicio est operis.
2 // Secundum signum est observancia preceptorum dei. Unde Johannis 14: Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. Unde Augustinus: Tantum deum diligimus quantum mandata eius servamus. Non plus nec minus. Idem intelligendum est de devocionibus spontaneis que obligant sicut et non precepte. // Tercium signum est di-
3 ligere proximum propter se ipsum. Unde sicut dicitur in epistola prima: Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat et fratrem suum. Et racio huius est quia dilectio dei includit in se dilectionem proximi. Unde Augustinus: Omnis homo in quantum homo diligendus est propter deum, deus autem propter se ipsum. Unde etiam Hubertus super prologo beati Augustini: Solet se deus habere ad hominem sicut ipse se habet ad fratrem suum.

Nolite mirari si odit vos mundus. Johannis 3. In evangelio hodierno agitur de cena quia dicitur: Homo quidam fecit cenam magnam etc. Ad quam cenam, id est vitam eternam, perveniunt per caritatem. Ideo apostolus Johannes in epistola precedentis dominice invitavit nos ad dilectionem dei et etiam dilectionem proximi dicens: Nolite mirari si odit vos mundus, ergo dilectionem habete, nec propter mundi odium nec propter persecuciones diminuite, quia temptacionibus probamini sicut aurum in igne. Ergo dicit: Nolite mirari. Unde in predicto sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola hodierna. // Primo de odio mundi. // Secundo de invidia proximorum. // Tercio de subvencione pauperum in uno
G exemplo. // Ornatum ad primum sciendum. Est boni non debent mirari si mundus eos odiat. Racio huius est quia ipsum dominum nostrum Jhesum Christum odivit. Johannis 15: Si mundus vos odit, scitote quia priorem me etc. Unde Augustinus: Magna consolacio est membris quod capite. Item dicit Christus: Non est discipulus super magistrum et servus maior domino suo. Item Johannis 15: Si me persecuti sunt et vos persequentur. Et quia communis est mundus, sine causa ipsum odio habuit. Unde in psalmo 118: Odio habuerunt me gratis. Primo quod plus est odio habuerunt eum unde amare debuerunt. Unde in psalmo 108: Posuerunt adversum me mala pro bonis et odium pro dilectione mea. Sic adhuc multi sunt qui prelatos et bonos odiunt qui veritatem predicant et eos per exemplis suis corrigunt. Unde eos potius amare deberent. Et tales similes sunt Judeis qui Christum gratis odio habuerunt et sibi mala pro bonis reddiderunt. De quibus dicitur in psalmo 68: Deleantur de libro viven-
h tium et cum iustis non scribantur. Unde queritur que sit causa quare mali odiunt bonos. Respondetur quod hoc sit duabus de causis. // Prima causa dissimilitudo. Quia similitudo est causa amicicie et amoris. Sic dissimilitudo et difformitas est causa odii. Ita videmus

q illi qui sunt plus magis in facie et complexione vel non in sag nomina nam illi magis assimilantur ad se invicem et magis se diligunt mutuo Et illa est causa quare inter duos ludentes quos aliquis nunquam antea vidit // Primo appetit plus affectatur ad unum quam ad aliud Et potius vult quod ille vincat quam alter Ideo quod similitudo est causa favoris et dilectionis Unde Eccl. 13 Omne animal diligit simile sibi // 2o 1 2

quod homines huius mundi qui mali sunt semper odio habent Unde non est mirum si alios odio habeant Eccl. se c. sibi iniquus est cui bonus erit Et quare mali se ipsos odio habent patet quod hic quod amat vitia sed qui amat vitium odit animam suam Nonne ille odit aliud qui amat malum eius Ergo odit se ipsum qui amat vitium suum propter malum quod est contra deum et contra salutem ipsorum Ideo ipsi mali odiunt meliores alios quam se habent Unde Matthei x Inimici hominis domestici eius Nonne odit ypocrita verus alios quos magis amare debuit scilicet corpore filios suos eos adulat faciendo eos peto suo consentire Sic etiam qui pueros suos seducunt in superbia et in deliciis Unde puniantur eternis gehennis // 3a 3

causa est Quia boni suis sanctis bonis operibus et virtutibus testimonium perhibent de malis hominibus huius mundi quod opera eorum mala sunt Io. x Non potest mundus odire vos quia de mundo estis me autem odit quia testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt Opera enim opposita scilicet humilitas ipsorum ostendit superbiam mundi esse detestabilem et sic virtutibus opposita Sic et iniuste bonorum hominum opera et contraria ostendunt opera mundi id est malorum hominum esse prava Et testificantur contra eos sicut licet taceant verbis largitas bonorum quae ad pauperes testificatur contra pravitatem divitum humilitas contra superbiam patientia contra iracundiam veritas contra mendacium benignitas contra iracundiam dilectio contra invidiam

// Item notandum quod licet mali nos odio habeant tamen eos diligere debemus propter tria // Primo propter deum quia omnes 2 isti non sunt in gratia nec sunt filii dei tamen adhuc in tali statu sunt quod possunt converti ad deum et fieri filii dei nostri et salvari // Secundo propter nosmet ipsos quia purgant nos a pravitate nostra et augmentant nobis gaudia eterna // Tertio propter ipsos quia miseri sunt et magis indigent Unde Deut. 23 Non abhominaberis ydumeum i. pertinentem per fragilitatem quia frater tuus est

// Item queritur utrum peccatum sit velle hominibus complacere Respondet sanctus Thomas 2a 2e q vel velle hominibus complacere propter convenientiam virtutis ut eis quis spiritualem profectum possit laudabile est 1 Cor x Sicut et ego per omnia omnibus placeo Sed placere mane gloriam vel propter lucrum vel etiam in malis sibi esset peccatum Unde Ps. 52 Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent confusi sunt quoniam deus sprevit eos Ad Gal. 1 Si adhuc hominibus placerem servus Christi non essem // Quantum ad tertium dicitur hic Omnis qui odit fratrem suum homicida est scilicet principaliter corporis Ps. Gladius eorum intret in corda eorum Unde Aug. Quia alii nocere desiderat plus est illi quam se gladio transverberat ut mortem alterius fundat Ergo odium in corde est sicut vermis in ligno vel ligo in ferro tynea in vestimento. Nam sicut ista corrodit proprium subiectum et consumit plus quam alia, ita invidia rodit invidum. Et plus invidus nocet sibi quam aliis. || Unde hic queritur utrum invidia sit peccatum mortale. Dicitur quod triplex est invidia. ||

1 Prima est que provenit ex natura sicut quibus sunt naturalis motus invidi, et sic non est peccatum mortale nec veniale sed in nostra potestate. Unde Anselmus: In desideriis naturalibus peccatur parum. Ergo primis talibus motibus sic naturaliter insurgentibus immediate et sine mora resistendum est ut non noceat. Unde Gregorius: Temptatio enim non consentienti non est peccatum sed est materia exercendi virtutis. ||

2 Secunda invidia est venialis ut cum quis tristatur de fortuna vel felicitate proximi cum non cum plena deliberatione. Et est solido peccatum hoc patet quia cum in ratione plena favet et optat sibi omne bonum. ||

3 Tertia invidia est cum dolet de bono alterius ex odio deliberato ut quia eum excedit in talibus bonis scilicet in sapientia sive in rebus temporalibus sive in favore hominum etiam. Et sic est peccatum mortale. Et in hoc consistit proprie invidia et illud est semper malum quia dolet de quo gaudendum est scilicet de bono proximi quod est contra caritatem proximi quia cum diligo proximum meum faveo sibi omne bonum. Unde Anselmus: Diligere est alicui bonum velle. Unde ostendendum quod invidia facit hominem penitus infelicem hoc sic probatur quia invidus de bonis aliorum affligitur et de meliorationibus proximorum deterioratur. Et de sanitate aliorum infirmatur de vita moritur. Ipse enim amittere se putat quicquid alii lucrantur. Et sicut deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, ita e contra infelici livido omnia cooperantur in malum que audit vel que videt. Ita sibi bona vertuntur et mala tunc lamentatur et sic semper moritur. Unde Seneca: utinam invidi oculos haberent in omnibus civitatibus ut de omnibus felicitatibus contristarentur et torquerentur. Nam quanta felicitas sunt gaudia tanti merores sunt invidis. M

|| Item notandum quod Albertus in tractatu de virtutibus dicit: Argumenta veracis caritatis ad proximum sunt vere condolere ei de infortunio quasi adversitate et ex corde congaudere de omni prosperitate quam deus tribuit sibi. Item argumenta verissima odii sunt quando aliquis in caritate cordis de proximo cogitat quod cum dextera ipsum videt sed in amaritudine animi deloquitur vel etiam audit loqui. Item cum de bono illius impedit diminuit et pervertit. Et est mirabile quod semper aliquis sibi de fraterna caritate applaudit qui hec signa odii in corde gerit. Multi autem videntur sufficere si impediunt proximis salutem quia dare nec auferre possunt quod bene optarent iudeis et paganis. Nec etiam mercedes esse volunt quod pro dominis animam suam ponunt pro inimicis. In hoc dedit nobis deus exemplum ut non tantum res temporales sed etiam animas ponamus debemus tempore necessitatis pro fratribus exponamus maxime cum prelati ad hoc tenentur. Johannes: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. || Quantum ad tertium principale dicitur hoc Caym habuerit suis ||

stantia huius mundi et viderit fra-
trem suum etc. In illa vero parte illius e-
M pistole docet nos apostolus Johannes opera
caritatis exhibere proximis indigen-
tibus. Unde Wilhelmus Lugdunensis dicit c. 4
crudeles inveniuntur pauperes quoniam
fratres suos si indigeant domo vel mi-
nimo corporis quia videri videntes. Nullus
enim videns moveretur publice me-
dicantes quando alii videri prohibuerint
sibi. Videmus modo exspoliatos multos fratres
mendicantium penuriam sustinentes et
pauperes fratres qui ipsi prohibuerunt miseri-
corditer. Ex quibus verbis patet quod pau-
peres fratres qui habent veram caritatem dei
patris in se manentem. Et per consequens
O patet quod pauperes fratres sunt salvandi. Unde
hic queritur utrum dare elemosinam sit in
precepto. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 32
quod obmittentes aliquid hoc eternaliter
puniuntur ut patet Math. 25. Esuri-
vi et non dedistis mihi manducare
etc. Ite maledicti in ignem eternum.
Et hoc est intelligendum secundum quod rec-
ta ratio requirit. Secundo quod conside-
randum est aliquid ex parte dantis
scilicet ut illud quod in elemosinas ero-
gandum est non sit ei necessarium
sed superfluum non solum necessarium sui
ipsius sed etiam necessarium aliorum quorum
cura sibi incumbit. Tercia prius opor-
tet quod unusquisque prius et sibi pro-
videat et tunc de residuo paupe-
ribus subveniat. Ex parte recipientis
quoque requiritur quod necessitatem habeat
alioquin non esset ratio quare ei
elemosina daretur. Unde indecens
pauperibus non potentibus laborare
subveniendum est. di. 82. Episcopus non
autem necessitas obligat ad preceptum
sed solum illa sine qua quis sustentari non
potest. Et non tamen licet quod ambo-

sius dicit: Pasce fame morientem.
Si non pavisti occidisti. Sic igitur da-
re elemosinam de superfluo est preceptum.
Et similiter dare elemosinam ei qui est in
extrema necessitate. Alias autem elemosinam
dare est in consilio sicut et de quolibet
meliori bono dantur consilia. Item
circa ea dicta sciendum c. 4 superflua
de necessitate precepti sunt eroganda
pauperibus ut hoc sit probatum. Ca-
vet illa temporalia sint usque nunc
ad proprietatem tamen aliorum etiam sunt
quantum ad usum scilicet illorum qui ex eo sus-
tentari possunt. Unde Crisostomus super Math.
Non propter hoc divitias accepisti ut lasci-
viam consumas sed ut elemosinam ex-
pendas. Quod enim habes pauperum sunt sed
1 tibi commissa sunt etiam si ex laboribus
1o iustis et hereditate paterna possessor
factus es. Unde etiam Basilius: Cur
tu habundas ille vero mendicat
nisi ut tu bone dispensationis merita
consequaris. Ille tuo pane mense
decoretur. Famelici panis est quem
2 tu tenes, tunica nudi est quam tu in
conclavi conservas, calceus discalceati
qui penes te madescit. Ideo tot in-
iurias committis quot dare vales
et non facis. Item queritur que bona P
temporalia sint superflua. Respondeo dicendum 1
quod est quoddam necessarium necessitate ho- 1o
nesti status persone. Primo ad neces-
sitatem persone pertinet illa sola que suf- 1
ficiunt ad sustentandum vitam eius
corporalem secundum complexionem talem
quod variabiliter possit vires corporis
conservare et cetera. 2o ad necessitatem 2
status pertinent ille divicie quibus
operationes illi statui annexas con-
venienter possit exercere ut ad militem
requiritur arma et ad militem equus
3o ad statum honestatis etc. 3

quoniam illa bona temporalia quibus indiget homo ad exercendum opera studii et virtutum suo statui convenientia. Dicitur enim honestas quasi honoris status. Honor autem solummodo virtuoso et virtuti est debitus. Non igitur honestas consistit in multa familia suppellectili vestimentis. Sed si quid ultra illa predicta habetur superfluum est et pauperum. Sed dicet aliquis: habeo pueros et amicos quibus subvenire me oportet, non tamen michi. Responde idem: Nam tibi et filiis tuis providere debes secundum talia illa que dicta. Sed dicet aliquis: senex sum et de futuro timeo propter futuros defectus. Responde idem: providere tibi debes quantum sufficiat non ad modicum tempus sed ad honestam vitam ducendam, non ad diem vel ad annum nisi esses talis qui anni alterius fructus habere non reservare posses quantum tibi sufficeret ad annum. Si autem quid superest indigentibus esset distribuendum. Hec ille. Unde Augustinus: Omnia bona sua nobis dedit deus duobus hominibus: divitibus terrena, pauperibus celestia. Sed deus volens utrosque salvare constituit ut et divites in sua hereditate reciperent pauperes et ut pauperes in sua hereditate collocarent, ut utrique per aliud reciperet et tolleret. Hec ille. Ex quo patet divites qui habent superflua committunt peccatum non subveniendo pauperibus. Ostenditur in decretis ubi dicitur: Non est minus peccatum auferre habenti quam denegare indigenti. dis. xl. Sed sciendum. Item sciendum contra eos qui elemosinam accipiunt ut attendat si indigeat, alioquin rapinam committit. Unde Jeronimus ad monachos: Si egens et accipis das potius quam accipis. Si autem non eges et accipis rapis.

Credendum est quod divitibus et sanis hominibus vane peregrinationes facere de elemosinis sit licitum. Responde quod non licet homini sano peregrinari quia homo vovens fit in prejudicium pauperum et debilium quibus debetur elemosina qui laborare non possunt. Sed ille dives peccat licet superfluos per illa via et ille sanus et fortis homo qui potest per labores proprios sibi acquirere necessaria per viam illam. Unde dicitur in decretis: Non licet homini sano mendicare de rebus [illegible] d. y. indigna. Item ecclesie omnes tenentur eis dare elemosinas [illegible] sed debent dare pauperibus et infirmis et debilibus. Item et clericis et religiosis qui fideliter deo serviunt in tempore hore canonicis persolvendis, in missis legendis, in sermonibus et confessionibus audiendis. Unde in decretis: Beneficium magis dandum est his qui in ecclesia deo vigilanter serviunt quam aliis qui deo non serviunt. Ulterius quod mali in parte odiunt et eciam persequuntur bonos et devotos. Unde Joh. in [illegible] refert: Erat fuit quidam sacerdos predicator egregius in ecclesia collegiata Eboracensis qui per verbum dei quod predicabat virtuose et per sanctitatem vite quam se [illegible] seculum exhibuerat multorum animas pro Christo lucrifecerat. Et propter hoc famam magnam a populo acquisivit, sed ceteri clerici qui sui defensores esse debuerant in eius ecclesia magnum odium incurrit. Sic enim comparatione illorum [illegible] vita [illegible]. Cui [illegible] in apto [illegible] non [illegible] spoliari vestitu et honore. In ypocresi contra eum nephandissimum mendacium confinxerunt. Illa occulte clam una ad cameram viri sancti privatam [illegible]. Et eo absente de die meretricem unam intromiserunt sibi prius compromisso sibi cameram ab intus incenderet ad ignem. Et pro adiutorio ad strepitus de camera clamaret. Et ita per ordinem factum est. Illa quoque meretrix accensa ignem clamavit. Accurrebat eorum secularium multitudo. Cumque in camera vidissent meretricem, statim bona eius fama boni viri denigrata est. Et ita recedere oportuit de loco innocens. Tandem transactis pluribus diebus principalis actrix huius nequitie a deo percussa est graviter. Nam incurrit infirmitatem [illegible]. Et confessus est tota illa nequitia quam finxerunt contra illum virum sanctum quod odio magis quam alias non potuerunt ipsum infamare. Et confessor illam absolvere noluit nisi quousque faceret coram [illegible] famam illius boni viri publice restitueret. Unde convocatis testibus fide dignis in confessione sua et quorum fassa est se neque malicia sua et causa et ordinem predictorum [illegible] ne met [illegible] damnaretur. Et sic innocens iste bonam famam suam recuperavit. Ecce quomodo deus finaliter non derelinquit suos sed eos [illegible] erit. Unde de hoc in psalmo 36. Neque vidi iustum derelictum. Unde et apostolus per infamiam et bonam famam oportet nos intrare regnum celorum. Quod nobis prestare dignetur qui in unitate.

Humiliamini sub potenti manu dei et vos exaltet in die visitationis. I Pe. 5to. In verbis premissis beatus Petrus apostolus monet omnes homines ad subiectionem dei dicens Humiliamini sub potenti. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de humilitate hominis. 2o de sollicitudine. 3o de tempore. Quantum ad primum dicit textus: Humiliamini. Valde necesse est homini sub manu dei humiliari. Primo quia non potest effugere nec evadere manus eius. Unde in psalmo: Quo ibo a spiritu tuo. Job 8. Deus cuius ire resistere nemo potest. 2o quia in humilitate invenitur misericordia dei. Sap. 6. Exiguo conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Tertio quia sine humilitate nemo salvatur. Math. 18. Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Et ecce quia non humilitate nemo condempnabitur. Unde Bern. Laudabilis virginitas, mirabilis humilitas; illa enim complacuit, ista concepit. Ad illam intuitum, ad istam converterunt [illegible] enim sine ea scilicet virginitate quamvis salvari, sine humilitate autem nequaquam. Unde Gregorius libro 8 Moralium. Tantum quis se sponte non humiliat nequaquam homo semper gloria exaltat. [illegible] per humilitatem ascendas ad sublimitatem quia hec est via et non alia preter ipsam. Qui aliter vadit cadit potius quam ascendit. Quia sola est humilitas que exaltat, sola que ducit ad vitam. Unde Aug. de verbo do. sermone 29. Vis capere celsitudinem dei, cape prius humilitatem dei. Dignatus humilis esse propter te deus, quia deus dignus est esse humilis propter te. Unde ipse descende ut ascendas, humiliate ut exalteris, ne exaltatus humilieris. Unde hic quidam [illegible]

·1·

B

C

·9·

1.° superbia sit peccatum mortale. Re° 293
secundum thomam 2a 2e q 162. Superbia
consistit in hoc quod aliquis extol
lit se supra illud quod est sibi pre
fixum a divina regula. Contra quod
apostolus dicit 2 Cor 10 Nos
autem non in immensum gloriamur sed secundum
mensuram qua mensus est nobis
deus. Et ideo dicitur Eccl 10 Ini
tium omnis superbie apostatare a deo.
In hoc enim radix superbie conside 1
ratur quod homo non subditur deo et
regulis ipsius. Hoc ipsum autem
quod est non subici deo habet racionem
peccati mortalis. Unde superbia secundum
genus suum peccatum mortale est. Se
cus in aliis peccatis mortalibus que ex
suo genere sunt peccata mortalia. Ut
invidia luxuria accidia. Sunt
aliqui motus qui sunt peccata veni
alia propter eorum imperfeccionem quia scilicet
preveniunt iudicium racionis et absque
deliberato consensu. Ita etiam pre 2
veniunt consensum. Sic superbiam accidit
quod aliqui motus superbie. Circa
v ad 2am partem dicit hic apostolus per
4. omnem sollicitudinem etc. Hic queritur
utrum licitum sit homini superflua solli
citudine gerere de temporalibus. Re°
1.° secundum thomam 2a 2e q 55. Solli
citudo temporalium potest esse illicita
1 tripliciter. Primo propter superfluum studium quod 1
apponitur ad temporalia procuranda
propter quod homo a spiritualibus quibus
principaliter inserviri debet retrahitur. Et
ideo dicitur Math 13 Sollicitudo
2 seculi suffocat verbum. Secundo propter
timoris superflui quod scilicet aliquis
timet ne faciendo quod debet ne
cessaria sibi deficiant. Quod dominus
reprehendit in eundem Math 6

dicens. Nonne anima plus est quam
esca et corpus quam vestimentum. Glossa
Qui deus dedit nobis maiora scilicet
animam et corpus. Etiam dabit nobis
minora scilicet escam et vestimentum. Un
de dicitur in ps 36 Neque vidi iustum
derelictum. Sequitur quia ipsi
cura est de nobis. Ubi sciendum x
quod cura provisionis nostre duo
pertinet ad deum scilicet a iure paternitatis
et dominii. Primo enim de iure
naturali ad patrem pertinet filios
providere nisi culpa eorum hoc im
pediat. Unde 1 Tim vj. Quia enim
pre ceteris quod deus omnibus indige
ntibus infidelis esset pre ille qui
superhabundaret et pueros suos
fame mori permitteret. Sed deus
plus pater noster qui vult nobis
fideliter providere supra dileccionem
et miseracionem. Unde ps 102 Quomodo
miseretur pater filiorum misertus est
dominus timentibus se. 2° racione
dominii quia ad dominum pertinet ne
cessaria providere servis quos sibi se
rvire vult. Decens enim est cogitare et
diligentiam facere ut voluntatem
domini sui compleat. Dominus vero
cogitat ut servus necessaria habe
at. Unde proverbiis dicit omnibus ser
vitoribus suis ut hic Math vj
Querite primum regnum dei et iusticiam
eius et hec omnia adicientur vobis.
Circa 3am partem dicit hic A
vigilate quia adversarius vester dyabolus
tamquam leo rugiens circuit etc. In quibus
verbis hortatur nos apostolus pe
ad resistendum fortiter temptaci
onibus dyaboli dicens. Adversa
rius vester dyabolus tamquam leo rugi
ens circuit querens quem devoret

cui resistite fortiter in fide // Unde hic quaeritur utrum demones possint homines temptare quandocumque volunt. Respondetur Cassianus in collatione patrum c. 4 non nisi quando deus et inquantum deus permittit. Unde i Cor. x fidelis deus qui non patitur vos temptari supra id quod potestis. Unde augustinus super ... dyabolus plerumque vult nocere et non potest quia potestas eius est sub potestate dei. Nam et si tantum posset nocere dyabolus quantum vellet aliquis iustorum non remaneret in ... et summo bono. Non amplius temptat electos dyabolus quam dei voluntas permittit. Hoc patet in beato Job quem dyabolus non poterat temptare nisi licentiatus. Item patet marci v ubi demones expulsi ab homine obsesso non poterant intrare porcos nisi christo permittente //

2o quaeritur utrum demon semel superatus denuo temptet hominem. Respondetur secundum thomam 1. q. 114. Quidam dicunt quod semel superatus nunquam de cetero temptare potest nec de eodem vicio nec etiam alio peccato. Sed quidam dicunt quod potest alium hominem temptare sed non eundem hominem et hoc est magis probabile // Tertio quaeritur utrum inter eos sit tante malicie dicam. Respondetur Cassianus c. 4 de quibus choris principes ceciderunt. Unde sicut boni angeli in bonis officiis se exercent, unus est peior altero. Nam qui de primo choro ceciderunt sunt mali, qui de 2o peiores, qui vero de 3o adhuc peiores ceteris choris. Ideo aliquando vocantur principes aliquando principatus // Item quaeritur utrum dyabolus inhabitet hominem per quodcumque peccatum mortale. Respondetur secundum thomam in quolibet q. 3. Non quantum ad animam quia solus deus inhabitabit hominem, sed quantum ad corpus tunc potest dyabolus substantialiter in homine inhabitare sicut patet in arreptitiis quando deus permittit. Dicitur tamen quod dyabolus inhabitat per affectum hominis per affectum malicie etiam per quodcumque peccatum mortale. Et ideo quolibet peccato mortali homo servituti dyaboli subditur. Jo. 8. Qui facit peccatum servus peccati est. Et sicut boni sunt sub dominio dei ita et mali sub dominio et servitute dyaboli. Unde Matthei vi Nemo potest duobus dominis servire et dyabolus etiam per veram penitentiam ab homine expellitur. Unde Beda Ubi nempe peccatum dimittitur ibi procul dubio dyabolus a corde peccatoris expellitur. Et in signum huius dicitur Luce 8 quod de corpore maria magdalena exeunt septem demonia ubi dicit sanctus Gregorius Maria magdalena septem habuit demonia que septem vicijs capitalibus plena fuit //

C

Item quaeritur utrum demones cognoscant secreta cordium. Respondetur Nycolaus de ... sacre theologie professor c. 4 nullomodo cognoscunt occulta cordium nisi per signa exteriora sicut in vultu et signis hominis et motu corporis et in quibusdam signis. Nam solus deus est scrutator cordium. Unde in ps. 93 deus scit cogitationes hominum //

D

Item quaeritur utrum demones cognoscant futura. Respondetur futura contingentia nullus demonum cognoscere potest. Causa cognoscere futura est proprium eius, est scilicet dei, nisi deus ipsis reuelauerit uel ... aliquid reuelauerit sicut olim sanctus propheticus. Unde ipse Christus in induitate nobis que futura sunt et signum quod dixit eius vos. Immo non ipsis apostolis tempus omnia que futura erant voluit indicare. Unde dixit eis ut habetur Actuum primo: Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit. Sed demones bene cognoscunt futura naturalia que ex causis naturalibus sunt ex cursu planetarum et stellarum eveniunt. Et ex hiis quidam predicunt futura. Hoc patet probatur. Primo homines periti sciunt futura. Unde astronomi quando predicant quando pluvia quando sterilitate quando serenitate aeris quando frigiditate et quando caliditate que ex constellatione planetarum evenire solent. Medici periti cognoscunt quando homo infirmi convalescentiam ex inspectione urine et quando mortem ipsius infirmi. Sed demones habent pleniorem cognitionem quam aliqui magistrorum. Hoc patet. 1 Primo ex subtilitate nature: licet peccaverint, sunt tamen integra tamen naturalia dona adhuc habent. Unde dicit Dyonisius de divinis nominibus: Et cognitio naturalis in demonibus non est diminuta. Habent enim secundum theologos cognitionem omnium creaturarum tam malum quam specialem. Item sciendum quod nullus homo habuit totam cognitionem omnium creaturarum sicut preter pristinum animi arborum et herbarum preter primus homo Adam. In signum huius Adam omnibus creatis nomina imposuit secundum proprietates earum. Sed dyabolus ex subtilitate nature adhuc subtiliorem et clariorem et pleniorem habet cognitionem omnium creaturarum. Unde sequitur quod dyabolus ex nature subtilitate plura comprehendit que homo non comprehendit.

2 Secundo per longam experientiam. Quia homo tot malicias expertus est et quod unquam tam diu studuit sicut dyabolus, plusquam 6000 annos studuit. Sed quatuor enim annis quibus studere potest ad gradum magisterii artium ante fieri doctor in medicina aut in iure canonico.

3 Tertio ex revelatione superiorum spirituum. Unde Ysidorus libro primo de summo bono: demones tribus modis presciunt, vigent scilicet ex subtilitate nature, experientia temporum et revelatione superiorum spirituum.

1 Item queritur utrum aliquis potest vivere sine omni temptatione. 1° Respondetur quod nullus complexione potest hic sine temptatione vivere. Hoc multipliciter probatur. Primo Job 7 dicitur: Militia est vita hominis super terram. Unde Ieronimus super Matheum: Impossibile est humanam animam non temptari. Unde Bernhardus super psalmum Qui habitat in adiutorio altissimi: Nemo in terra potest vivere sine temptatione et quia ab una liberatur, expectet alteram. Insignum huius dicitur Ecclesiastici 2°: Fili accedens ad servitutem dei sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad temptationem.

1 Si dicitur aliquis quare permittit deus nos fideles ita multipliciter temptari. 1° Respondetur propter defectum ipsorum. Prima: secundum apostolum: Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit. Unde Jeronimus in epistola: Nemo sanctorum sine certamine coronatus est. Unde Ambrosius super lucam

Corona propria est prebenda sed certamina nemo potest nisi vicerit certamina coronari. Nemo ad premium venire nisi ante certaverit. Ipsius quoque corone maior est gloria ubi maior est labor. Temptacio non est peccatum. Unde Gregorius: Temptacio cum non consentitur non est peccatum sed est materia exercende virtutis. Hoc patet per auctoritatem sancti Bernhardi: Coronens resistere tenens coronaberis. Item de illo iuvene qui meruit in una nocte vij coronas resistendo temptacionibus. Hec quere in promptuario l. vi. E

Existimo quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis ad Ro. 8 argumentum. Humana condicio ex prevaricacione primorum parentum facta est fragilis et infirma ut intus et extra, prosperis et adversis, ante et retro a dextris et sinistris ponens preter corporis corporales passiones. Cum omnia vecibus pannis legit David ps 39: Circumdederunt me mala quorum non est numerus. Exemplum ante apostolus Paulus corporis erat magnitudine et multitudine tribulacionum in quibus semper probatus fuit usque ad mortem. Primo a iudeis quinquies quadragenas plagas una minus suscepit. 2o ter virgis cesus. 3o incarceratur et in ligno pedibus affligitur. 5o in lapidibus lapidatur. 4o fregdatur. 6to in fame siti et frigore et nuditate et in periculis fluviorum latronum et falsorum fratrum preter intrinsecam passionem et sollicitudinem omnium ecclesiarum. 10 Rome capite truncatur a nerone anno domini 67. Corpus erat parve magnitudine sed spiritus magnum licet hoc mortali corpori. Ideo raptus est in paradisum et eciam usque ad 3m celum et audivit ibi archana verba que non licet homini loqui. Et propter hoc dicit: Existimo quod non sunt condigne. Unde in prima parte sermonis tria sunt dicenda. Primo de passionibus innatis et illatis. 2o quod nullus potest esse sine tribulacione et tristicia in hac vita. 3o quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Et hoc in uno exemplo. Quantum ad primum sciendum. Et apostolus dicit quod passiones in plurali quia quedam sunt passiones innate sicut fames sitis sompnus et lassitudo corporis. Unde sunt alie passiones innate que eciam ex corrupcione nature per primorum parentum prevaricacionem innate et derelicte insunt nobis corporibus in membris contrariorum hominum continuum bellum gerunt. Caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus eam. Contrarie affectiones contra racionem et racio contra sensualitatem contra voluntatem. Et sic omnia que intra nos sunt bella gerunt ad invicem. Et hec ponit dicens Gen. 8: Sensus et cogitacio humani cordis et omnis in malum prona sunt ab adolescencia sua cunctis diebus. Unde Zach. 8: Nec introeunti nec exeunti pax est pre tribulacione. Et s. dicit: Homo nascendo mundum ingreditur, plorando moriendo mundum egreditur. Hoc totum vigit in tri bulatione Unde Job 14 Homo natus de muliere brevi vivens tempore / Hanc miseriam quidem apostolus dicens Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee Unde Jacobi 4 Unde bella et lites in vobis Nonne ex concupiscentiis vestris que militant in membris vestris Item alie sunt passiones illate quas sustinemus a proximo scilicet dampna rerum iniurie verborum et persecutiones operum et laborum que paciende sunt sufferende de que vere prudente maxima reputantur Deus enim in veteri testamento hoc indulsit populo corde rans indulsit ut homines malum pro malo redderent Unde levitici 26 persequimini inimicos vestros // Item proverbiorum 18 Redde ei sicut operatus fuit et unicuique omnia que fecit facite ei. Item Exodi 21 dentem pro dente oculum pro oculo etc Deus autem in nova re mens qui reddidit bona pro malis nobiliorem et sanctiorem legem instituit dicit enim Mathei 5 Si quis te percusserit in una maxilla prebe ei et alteram // Item auferenti tunicam dimitte ei et pallium Et post dominus quod verbo docuit hoc exhibuit exemplo coram pontifice principum Quando sicut Johannes 18 unus assistens ministrorum dedit ei alapam dicens Sic respondes pontifici Tunc respondit non prebuit aliam maxillam prebuit sed totum corpus pro nobis exhibuit Et etiam insignum huius doctrine permisit se vestibus spoliari et nudus in cruce suspendi

D

Unde et quibusdam episcopis patienter decet sustinere iniurias sibi illatas sive in rebus sive in fama sive in persona et reddere inimicis suis bona pro malis Unde Mathei 5 Audistis quia dictum est antiquis Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros etc Vere mire quam altiora et sanctiora deus nobis precepta dedit quam iudeis quia illis terram promisit nobis vero celum illis vitam diuturnam nobis vero eternam // Item sunt quedam passiones affectate quas sustinent hii qui toto corde deum diligunt qui non contenti precibus passionibus ad contemptum et corpus castigant voluntarie deo offerunt mortificationes se cotidie quorum unus fuit Johannes baptista qui nec vinum nec siceram bibit et vestimentum de pilis camelorum in corpore suo portavit Item sanctus paulus qui dixit Castigo corpus meum et in servitutem redigo Item sancti Confessores sicut sanctus Nycolaus sanctus Germanus et consimiles omnes confessores qui paupertati attenuati abstinentia macerati afflictione castigati orationibus et ieiuniis fatigati sunt fide et felicitate vitam suam finierunt Unde ad hebreos 11 In solitudinibus errantes in montibus et speluncis et in cavernis terre circumierunt in melotis caprinis angustiati et afflicti // Tercia ad gloriam perveniendum Quarta multa in hac vita dicimus esse passi sicut testitur Gloria enim in meo sanguine

J

k

locum summi gaudii quod est in celo Et pene que est in inferno Dicitur necesse est principale gaudium ad terrena Vnde eciam Boecius de consolacione philosophie O quantum amaritudinis humana felicitas respersa est Et dicet aliquis Cur deus hoc sic ordinavit Respondetur triplici racione primo vt sciamus nos esse hic non cives sed advenas et peregrinos Vnde in psalmo 38 Quia ego advena sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei // 2o vt mundo isti non inhereamus tendentes videlicet ad terminum patrie // 3o vt stimulentur quasi calcaribus ad currendum in via mandatorum dei // Quarto vt horreamus peccatum mortale quod deus intantum odit quod pro vno peccato ipsum ad omnes penas istas quadruplici genere inmittit // Quinto vt purgemur igne purgatorio in presenti ne in futuro cogamur puniri in purgatorio Item secundum magistrum sentenciarum libro 4o dist. 20 Deus quoniam iustus impunitum non dimittit delictum Vnde Augustinus in sermone de igne purgatorio Ignis purgatorius et si non sit eternus miro tamen modo gravis est Superat enim omnem penam quam homo vmquam passus est in hac vita vel pati potest Vnde Humbertus Nequaquam enim a quoquam dei facies videbitur donec per penam venialium peccatorum quadrantem novissimum persolvat // Sexto vt fugiamus infernum in quo omnis pena est in summo Vnde Augustinus Minor pena inferni maior est omnibus penis huius seculi Vnde Bernhardus Vna scintilla vehemencior ignis plus ledit peccatorem quam si mulier in dolore partus mille annos perduraret

Vnde eciam Gregorius Hoc supplicium nocet quod ibi cruciatibus finitum non fuit // Septimo vt plus de gaudio eterno meream Nam passionibus diuersis sunt materia pro meritis nostris conferunt Bernhardus Virtuosius est mala patienter pati quam bona operari Cum igitur opera nostra non sufficiant quasi nulla sunt necesse est nos pati vt per ea mereamur eos Vbi sciendum quod si homo in statu innocencie permansisset sine difficultate aliqua celum intrasset Vnde Gregorius Ad hoc in paradiso homo positus erat vt si se conditori suo obediencie vinculis constringeret ad celestem patriam sine morte carnis transiret Sed nunc immortalis conditus vt si non peccasset mori eciam non potuisset Nunc autem quia per peccatum exclusus est a deliciis paradisi in exilium huius mundi Non potest nisi per tribulaciones redire ad gloriam Ad hoc designandum posuit deus ante paradisum cherubin et flammeum gladium Gladius enim ille sunt tribulaciones et passiones vite presentis Vnde psalmus 33 Multe tribulaciones iustorum et de hiis liberavit eos dominus Et hoc est plene impleta quod celestem paradisum intrabimus qui est locus omnium gaudiorum et deliciarum Vnde Bernhardus in sermone Locus ille scilicet paradisus locus voluptatis est vbi torrente voluptatis potantur iusti Locus splendoris vbi iusti fulgebunt sicut sol locus habundancie ubi nichil deest videntibus deum, locus securitatis ubi apparet divina sinceritas in omnibus, locus pacis ubi in pace factus est locus eius, locus admirabilis ubi sunt mirabilia opera eius, locus societatis ubi satiabimur cum apparuerit gloria eius, locus visionis ubi videbitur deus deorum in syon, locus leticie ubi leticia sempiterna super capita eorum. //

M Quantum ad 3am potest sciri quod omnes passiones huius temporis non sunt condigne ad futuram gloriam. Dico si in uno homine confluant omnes passiones presentes preterite et future quod ut luce clarius videatur. //

1 Sciendum quod passiones huius temporis primo sunt modica stilla vel minuta pars. 3. In parte reputari in multis bonis disponentur. Illa per gutta respectu maris. Sic eciam sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam. //

2 2o quod hec sunt in loco calamitatis i. in presenti mundo ubi est locus tristicie, ergo dicitur vallis lacrimarum, unde Augustinus: In valle miserie positi in quo magis flendum est quo magis flemus. Unde Gregorius super Ezech.: Certum est quod in hoc mundo nos liberat undique luctus, suspiria undique, gemitus audimus. Destructe urbes, eversa castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta, alios in captivitatem duci, alios detruncari videmus, alios interfici. Certum est ergo quod in hac vita libeat sciens modo si tale mundum diligimus iam non gaudia sed vulnera amamus. Item in hac valle lacrimarum sunt plura pericula et naufragia, unde Bernhardus: periculum probat transeuncium raritas, pereuncium multitudo. Sic quatuor navibus vix perit una, in mari largo huius mundi de quatuor navibus vix evadit una. Sic quo patet quod mundus periculosior est mari salso, quia in mari huius mundi vix de quatuor navibus periit una, quia vix de quatuor hominibus unus ad portum salutis perveniet. Sed illa futura gloria erit in loco amenitatis i. in celo. A quo loco electis 3a gaudia et

1 // Primum a claritate lucis, Apocalipsis 10. Civitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminat eam et lucerna eius est agnus. //

2 Secundum a loci puritate, unde Apocalipsis 12. Non intrabit aliquod coinquinatum aut abhominacionem faciens et mendacium. //

3 Tercium erit ex loci latitudine, Baruch 3o. O israhel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius, magnus et non habens finem. Tota enim terra est quasi punctus respectu celi empirei quo sancti regnant. //

3 Tercio quod passiones huius temporis sunt particulares et in qualibet in toto esse hominis subsistunt. Sed in medietate in partibus hominis. Nulla enim passio huius temporis cognita est vel audita quod universum esse hominis et corporis cruciaret ut sit in omnibus partibus corporis et anime. Sed illa futura

Gloria erit totalis quia in corpus et animam plenissima habundancia redundabit. Hec gloria licet est dare pondus in quem habet gloria non redundat nimium ut eciam ossa nostra florebunt hac gloria. Unde Ysaias ultimo: Ossa nostra ut herba germinabunt. Et iterum de illa habundancia glorie dicitur Ysaie 66: Delicys affluetis ab omnimoda gloria hec est a gloria corporis et a gloria speciei et omnium membrorum et a gloria anime et eciam omnium potenciarum eius. Nec erit locus in corpore vel in anima qui se abscondat a calore eius. Quod tamen bene notificat per exemplum. Quod ferrum ignitum et candens fit ignem plenum totum a propria forma. Sic erit homo in corpore et in anima in celo glorificati. Nam corpora electorum habebunt magnam claritatem. Unde Mathei 13: Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris mei. Insuper habebunt impassibilitatem: nulla enim molestia corporalibus eorum de cetero poterit nocere. Apocalipsis 21: Absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Et mors ultra non erit. Unde Bernhardus in libro confessionum: Qualis tunc putas erit splendor animarum quando plus splendorem habebunt ipsa corpora. Nulla ibi erit tristicia nulla angustia nullus dolor nullus timor nullus ibi labor nulla mors sed perpetua sanitas semper ibi permanebit.

4 Quarto a paritate inferimus quia specialiter ab aliquibus sanctis sunt illate et non ab sanctis omnibus. Illa autem futura gloria erit generalis quia ab omnibus inhabitatoribus celi in nos dirivatur. Ita ut a singulis sanctis et angelis singulas glorias consequamur. Hoc innuit psalmista ubi ait omnia fundet tibi. Cum consonat illud Ysaie 49: Erunt reges nutricii tui et regine nutrices tue. Dicitur autem futura gloria generalis quia a deo et sanctis omnibus simul nos influunt. Nam in videndo deum triplex gaudium erit.

1 Primum erit in videndo faciem dei secundum deitatem quod est primum gaudium quia melius esset sine pena in inferno quam esse in paradyso et non videre faciem dei. Unde David in psalmo 79: Ostende faciem tuam et salvi erimus. Unde Johannes 17: Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum. Unde eciam Fulgencius: Et si dei faciem omnes in carcere inferni inclusi viderent nullam penam nullum dolorem nullamque tristiciam sentirent.

2 Secundum gaudium erit in videndo humanitatem Christi qui est rex regum et dominus dominancium. Unde Ysaie 33: Regem in decore suo videbunt. Unde eciam Bernhardus: plenam perfeccionem omnis suavitatis dulcedine vide hominem hominis conditorem.

3 Tercium gaudium erit in consideracione unionis humanitatis ad divinitatem. Et hoc mirabile quod cognoscent quod sit eorum secundum carnem deus est. Et in hoc nos honoravit super angelos. Ad Hebreos 2: Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahe. Et ideo magnam confidenciam debemus habere ad deum nostrum quia caro et frater noster est. Unde Bernhardus: Puto me non posse separari cui quia os de ossibus meis et caro de carne mea est ab omnibus sanctis. Nam quia illa parte iocunda corporum gaudium generant secundum quod multitudinem. Unde Apocalipsis 7: Vidi turbam magnam quam dinu-

2 nemo poterat. Secundum quia nobilitate societatis illius in qua erit beata virgo maria et omnes sancti et angeli qui omnes reges et regine sunt quia possident regnum celorum et 3 angelorum. Tercium quia amicabilitate illius societatis tanta erit caritas inter ipsos ut gaudia aliorum reputabunt sua. unde etc magister sententiarum li. 4 dist. 49. P Per caritatem que in singulis erit perfecta quilibet tantum gaudebit de alterius bono quantum gauderet si haberet in se ipso. 4 Quarto quia ille passiones presentes finiuntur in tempore. Et quantumcumque seviant in presenti tempore et in tempore post hoc quod nichil nocebunt. Et quia hoc solo omnibus perditis cedentibus cessantibus omnes passiones presentes et future que sine fine sunt nichil sunt ad futuram gloriam comparate. Et quia hoc solo quia ille passiones desinunt illa autem gloria permanet eternum. Quinta secundum aristotelem 8 physicorum finiti ad infinitum nulla est comparatio. De hac futura gloria dicit augustinus li. 20 de civitate dei. Optare illam vitam amplecti debemus ubi est vita sine morte lux sine tenebris iuventus sine senectute pax sine discordia voluntas sine iniuria. Regnum sine commutatione quod non amittitur. Unde Bernardus in sermone. ·4· Regnum dei conceditur promittitur ostenditur percipitur. Conceditur in 1·0 predestinatione promittitur in vocatione ostenditur in iustificatione percipitur in glorificatione. Et de hac futura gloria dicitur ysa. 64 Oculus non vidit deus absque te. Unde apostolus Cor. 2. Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparasti deus etc. Unde augustinus li. 22 de civitate dei. Quod deus preparavit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, caritate non comprehenditur, desideria et vota transcendit, acquiri potest estimari non potest. Illud non est quod de quodam qui dixit se esse statuam a terra usque ad celum clavibus et nonaginta transforatam liberum vel licet ascendere et descendere nisi ergo posset celum intrare et gloriam futuram possidere quam preparavit deus diligentibus se. Require in principio operis distinctione l·s·l·

Omnes unanimes in oratione estote. 1 pe. 3o. Illud quod maxime iustificat homines in hac vita est ieiunium elemosina et oratio. Sed oratio hiis duobus alis volat ad deum et adiutorium celeste nobis acquirit unde Gregorius. Magna est virtus orationis que effusa in terra in celo operatur. Ergo apostolus hortatur nos in verbis propositis ad orationem dicens. Omnes unanimes in oratione estote. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de oratione. 2o de ymaginibus christi et sanctorum. 3o de illis qui possidebunt hereditatem celestem in celo. Quantum ad primum de oratione movende sunt alique questiones. Primo quare versus quas partes mundi debeamus orare. Respondetur secundum thomam de aquino quod communiter homines consueverunt versus orientem orare et altaria construi. Et hoc quadruplici de causa. Primo insignum quod a christo nata est illuminatio qui est lux mundi sicut sol ab oriente. 2o quia oriens est nobilior pars orbis superius in hominibus Q

perciimus ibi. quia recedimus omnia no-
bis a deo conferri que accipimus
et que habemus unde apostolus Quid
habes quod non accepisti. Tercio 3
quia motus incipit ab oriente per an-
gelum ita omnis nostra actio est a deo
Quarto quia paradisus ibi est a quo re-
cedimus ideo meremur ut celi pa-
radisum intremus Quinto quia ab orien-
te ad occidentem venit corpus. Item 4
2° queritur An debeat esse locus spe-
cialis orandi Respondet Humbertus 1°
in expositione super regulam beati augu-
stini dicens non est in loco ponenda tota
fiducia ut non recedat aliquis alibi
se non posse audiri Sed tamen orandum
R est de loco aliis rebus et causis
prima quia si non esset certus locus depu- 1
tatus orationi nesciret utrum ho-
mines orarent vel non et multi ob-
mitterent orare. Secunda quia vadens 2
ad locum orandi plus laborando
meretur. 3a ut orantes oratio cito
exaudiretur quia ibi in loco oratorii plures
conveniunt ad orandum deum Et secundum
bernardum Impossibile est preces multo-
rum non exaudiri Dicit non secundum eun-
dem humbertum Et quamvis oratores
et alia pia opera fienda in omni
loco possint fieri secundum illud apostoli
In omni loco levantes puras manus
B sine disceptationibus et fervenciosius in o-
ratorio effundimus propter certas cau-
sas. Primo quia pie credendum est quod deus 1
facilius nos exaudiet in loco sibi
deputato ad hoc quam in alio unde
2 paralipomenon Oculi mei erunt aperti et
aures mee erecte ad orationem eius
qui in isto loco oraverit. 2a quia cre- 2
dendum est quia angeli sancti locum ta-
lem sanctum magis frequentant qui

est domus dei Et in signum huius
habetur Genesis 28 Quod iacob vidit an-
gelos dei ascendentes et descen-
dentes in loco qui dicitur bethel. i.
domus dei propter quod ante fuit quin ne-
cessarium sit oratoribus ad faciendas
orationes nostras coram deo. 3a quia 3
probabile est quod demones qui liben-
tius impediunt orationes non aude-
ant ita attendere ad huiusmodi locum sanc-
tum sicut ad alia propter quod in-
venit eis locus sanctus unde Genesis
28 Quam terribilis est locus iste
quod vere dicitur propter demonibus. Tercia 4
quia quodlibet oratorium consecratum est
in honore alicuius sancti pium est
credere quod sanctus patronus aliquo
modo specialem curam habet convenientibus
ad locum sibi predicatum Sicut prin-
ceps terre de hiis qui conveniunt
ad loca sui dominii Sicut invenitur
de sancto iacobo et de multis aliis
sanctis specialiter iuvantes sua lo-
ca visitantes Et quia orantibus non
modicum est necessarium sanctorum
adiutorium qui sancte possunt apud deum
secundum illud Iob 5 Ad aliquem sanctorum
convertere quilibet tunc quo oratur tam
in locis sacris quam alibi. Quinta in 5
ecclesia sunt sanctorum reliquie quia nullum al-
tare consecratur sine reliquiis sanctorum
Ergo qui orat coram altari in certa spe T
salutat illos sanctos quorum reliquie
in isto altari continentur Nec du-
bium talia cooperari ad efficaciam nost-
re orationis quod sunt venerande
2a quia ibi sunt ymagines sanctorum 6
christi crucifixi et gloriosissime vir-
ginis marie ut frequenter quando me-

tum valent ad excitandam deuotionem. Deuotionis autem affectus frequenter facit orationem efficacem. Vnde Augustinus: Dignior sequitur effectus quem feruentior precedit affectus. Vnde Augustinus: Ad affectum cordis respicit deus. Septima est ut frequenter est corpus Christi continue ut hodie misse administratur vel cum unus quilibet etiam quis elicit templum. Summus Bonauentura in quo indignum tantum bonum sunt. In presentia autem Christi si quis forti fide orat citius audiri potest quam in alio loco, scilicet cum stat circa missam vel altare in presentia sacri. Vnde Henricus de Hassia: Dicit enim confessio et attritio supposita sufficit ad salutem latronis associati Christo quem personaliter videbat in cruce, que ei non suffecisset aut non tantum valuisset in absentia. Ita videtur quod non minus mereatur peccator humiliter spe venie assistens huic sacramentali oblationi, veniam consequatur aut habundantiorem gratie collationem recipiat quam si sine eo in alio loco se haberet. Item cum Christus in terra degens nulli sanitatem denegauit fide petentibus. Vnde eque equale vel maius est Christum inuisibilem fide eadem presentem in sacramento eukaristie. Et hoc idem vult illud dictum ewangelii: Beati qui non viderunt et crediderunt. Octauo hoc refert ad veniam consequendam modo corde contrito et humili eukaristie interesse ymolacioni aut ipsum visibiliter presentem aspicere et honorare. Et dum oblatum in eius presentia interfuisse sicut latro vel honorem Christo corporaliter impendisse ut magdalena que

lacrimis lauit pedes Ihesu et tersit capillis et vnguento vngebat et osculabatur. Videtur quod nichil refert quo ad effectum gratie et venie consequende. Hec ille. Nono quia hic

q. 1a vere deus peccatores exaudit. Respondetur quod sicut quod petrus salutandus. Vnde Augustinus: Si deus peccatores non exaudiret frustra publicanus ille dixisset: Deus propicius esto mihi peccatori, et tamen iste exauditus fuit. Vnde notandum: Et quod deus quandoque exaudit preces peccatoris aliquando non. Primo si homo est in peccato mortali et petit ab eo aliquid temporale non dat sibi illud. Sed si dicit: O pie deus, ego miser peccator peccaui in celum et coram te, sed ignosce michi quod te grauiter offendi contra mandata tua, et si sic instanter petit sine dubio deus eum exaudiet. Et tunc quod est liberatus a peccato tunc ab eo petat aliquid temporale et dabit illi. Secunda ad 2am

q. partem quidem: Cum Christiani in nouo testamento faciunt sibi ymagines contra illud preceptum Exodi 20o capitulo:

1o Non facies tibi sculptile. Respondetur quod in veteri testamento fuit prohibitum facere ymagines magie dei. Tamen propter prauitatem populi proclivi ad ydolatriam primo propter et ydolatris commorantibus tum etiam quod deus adhuc non erat homo factus. Vnde nec effigiem habuit. Sed in nouo testamento primo Christus confessus ymaginem primo a domino meo Ihesu Christo qui suam ymaginem ab Agaro panno impressam misit ut refert Eusebius in ecclesiastica hystoria. Et etiam damnatus est in sententiario 2o ab apostolis

porte eorum fuerunt ymagines Unde
sanctus lucas ymaginem domini
nostri ihesu christi et beate marie
virginis suscepisse legitur que usque
beate marie adhuc Rome habetur
Et sanctus Ireneus ymaginem ihesu
christi Nicodemi sculptam detulisse re-
peritur in sua historia. Tercio est ap- 3
probacione sancte matris ecclesie nam
in quodam concilio romano in quo fu-
erunt fere mille episcopi congrega-
ti qui omnes ex inspiracione spiritus
sancti diffinierunt usum ymagi-
num esse licitum. Beda dicit quod 1
Tunc maxime sunt ymagines Racio
quod exemplum earum forma est propter me-
morie labilitatem ne obliviscamur
domini nostri ihesu christi et sanctorum Et
habemus ymagines christi et beate
marie virginis et aliorum sancto-
rum. Et construimus ymagines videmus
dominum nostrum ihesum christum adoremus
et sanctos imploremus ut pro nobis
intercedant ad dominum nostrum ihesum
christum. Secunda racio propter informacionem 2
rudium qui litteras ignorant quam do-
centur ymaginibus loco librorum Unde
in decretis ymagines sanctorum et
picture sunt libri laicorum et scripture
de conse. dist. 3 perlatum. Tercia racio 3
est propter devocionis excitacionem plus
enim movent visa quam audita
Unde ex inspeccione ymaginum [illegible]
ad devocionem invitamur Cum videmus
tot et tanta miracula sanctorum depic-
ta Et debemus esse promoti ad hones-
tatem morum et verborum in presencia
ymaginum honorando in hiis deum
et sanctos. Ne inpudica agamus
in operibus et ne turpia loquamur

in verbis Sed devocionem et hones-
tatem ostendamus in verbis et
factis prout decet fideles De adoracione
ymaginum Et dicit de illis qui deho- A
nestant ymagines christi et sanctorum habetur
supplica sermone 26 q. Tendamus
ad 3am partem dictorum habetur in hoc enim
vocati estis ut benediccionem dei heredi-
tate possideatis. Ubi sciendum 1 pe 3
est genus hominum quod nunquam pos-
sidebit hereditatem dei. Primum est illorum 1
qui bonam vitam non incipiunt nec
finiunt ut omnes infideles et mali
christiani qui non curant implere divina
mandata nec etiam odiunt peccata Et B
in malicia sua vivunt et moriuntur
Unde de quolibet istorum dicitur in ps 35
Noluit intelligere ut bene ageret ma-
liciam autem non odivit et isti pro dolor
non salvantur sed hereditabunt infernum
Secundum sunt qui bonam vitam incipiunt 2
sed perficere nolunt id etiam non salvantur
Unde Gregorius 1o moralium Incassum bonum
agitur si ante vite terminum deseratur
Unde etiam Bernardus perseverancia est virtus
sine qua nemo videbit deum Unde albertus
magnus de virtutibus dicit Quidam
enim profuerunt apostolo inde quod christus ipsum
elegerat de mundo Quidam profuerunt do-
minica familiaritate christi Quidam secunda
predicacione christi quia sepe a christo au-
dierat Quidam exempla quod virtutes
quod miracula que ab ipso viderat Quidam
societas apostolorum Quidam gracia sibi col-
lata ad predicandum et miracula fa-
ciendum Nam christus eis in aliis apostolis
dixit Euntes predicate quod appropin-
quabit regnum celorum Et infirmos
curate, mortuos suscitate, leprosos
mundate, demones eicite Et quibus
post. Quia iudas bene incepit sed ma-

le finiunt quia christum tradidit et
post hoc desperavit Et insuper in
desperacione sua se ipsum suspendit
Unde Isidorus de summo bono Non est
bonus qui bonum facit sed qui inces-
sabiliter facit Qui enim perseve-
raverit usque in finem salvus erit
C Tercii sunt qui bonam vitam in-
3 cipiunt et eciam perficiunt hii per omnia
a christo recipiuntur Talium enim vita
est deo placabilis quia fine bono
sit conclusa Unde etc. Isidorus de summo
bono Tunc deo placet nostra conver-
sacio quando bonum quod inchoamus perseve-
ranti fine complemus Unde eciam Ber-
nardus in sermone Bona vita ego puto
mala pati et bona facere et usque
ad mortem perseverare Sed heu pau-
ciores sunt qui in vita bona vitam
inchoant sed pauci perfecte [illegible]
Unde accidit quod multi bene incipi-
unt sed in mala vita finiunt De pe-
dis 2 · [illegible] Ex hiis iam dictis
patet quod multi sunt qui apud homines
reputantur in bono statu et tamen coram
deo sunt in malo statu Et ergo multi
sunt qui apud homines mali reputantur
et tamen sunt amici dei et a deo e-
lecti quia novit dominus qui sunt eius
Unde Gregorius Mirum non est quod quis
bona inchoat sed valde mirabile
est si in intencione recta in bono o-
pere perducet Pro quo sciendum quod
non possumus bonum cogitare nec incho-
are et multo minus in bono perseve-
rare sine divino adiutorio Propter quod
singuli cottidie oramus in prece dicentes Actiones
nostras quesumus domine aspirando pre-
veni et adiuvando prosequere Ultimo

non coronam Sed sicut qui volunt non
monstrando dorce ad similitudinem et
christus maledicit [illegible] dicit in me-
dine Ro. in principio p 8 p

Quicumque baptisati sumus
in christo ihesu in morte ipsius
ad Ro. 6 In presenti epistola
hortatur nos apostolus ad vite nostre
emendacionem que consistit in ho-
c ut peccatis moriamur soli deo vivamus
qui nos purificavit in sacro bap-
tismate Et mors christi est causa
nostre purificacionis Et insuper
unda humi de latere christi exivit
sanguis et aqua ut sanguis per quem
redempti et liberati sumus et ut
daret aquam baptismalem virtutem
purgativam Ergo dicit hic apostolus
Quicumque baptisati sumus Unde in pre-
senti sermone tria sunt dicenda Primo quod
aliqui vivunt in deo aliqui cum
deo aliqui sine deo Secundo qualiter
christiani baptisati tamen dicuntur mun-
dana peccatis mortui Tercio quare
quilibet christianus debet desiderare esse
cum christo Quantum ad primam partem il-
lius sermonis sciendum Quod illi vivunt
in deo qui maxime ardent in divino
amore Et illi nichil appetunt de
hiis que sunt super terram Sed tocius
eorum desiderium est esse et vivere in
hiis que christi sunt Et ideo omnia transito-
ria despiciunt magis contraria deo sunt
Nec mirum quia in isto eterno summo bo-
no quod vivere cupiunt omnia que deside-
rant plene inveniunt Unde Ambrosius de
v. Omnia habemus in christo Unde eciam
Augustinus deus apud sermonem dicit et
deus omnia in nobis Tenia quidquid

possidebas quidquid habes magno habebas. Et quidquid amabas inebriare et bibere ipse et tibi potuit cibus et potus. Quidquid habere volebas sanitatem fragilem et transeuntem ipse tibi erit immortalitas. Quidquid habere quaerebas ut divitias deus erit tibi divitiae. Avare quid tibi sufficit si tibi deus non sufficit. Sed illi qui vivunt cum deo sunt qui deum diligunt sed non sunt firmi et perfecti in amore dei sed tepidi. Terrenis rebus et occupationibus se involvunt. Sed in deum student habere corporalis. Sic quod ab omni peccato mortali sibi caverent quod eos a deo separare potest. Sed quia non solum intendunt deo sed etiam aliis cum deo scilicet temporalibus bonis ideo non solum vivunt in deo sed cum deo. Et tales sunt personae seculares qui habent uxores pueros et familiam quibus habent providere necessaria vitae et tamen cum hoc servant praecepta dei et ecclesiae. Sed illi vivunt sine deo quorum corda sunt penitus frigida in amore domini nostri Iesu Christi. Et haec ratio est quia sunt in peccato mortali quod omnino contrarium est amori divino. Et ideo non vivunt deo sed mundo. Et hoc est valde terribile quia vivere mundo aliud est quam deo mori et a deo separari. Nam sicut corpus naturaliter vivit ab anima sic anima spiritualiter vivit a deo. Et ideo qui hoc vivunt mundo mortui sunt deo qui est vita animarum. Et illa mors nihil aliud est quam separatio animae a deo. Unde Augustinus: Sicut corrumpitur corpus cum animam foras emittit sic etiam corrumpitur anima cum deum amittit. Et mors animae multum periculosior est quam mors corporis et plus timenda. Unde dicit hoc dicit Gregorius: Mortem carnis omnis homo timet sed animae pauci.

Quantum ad secundum principale sciendum quod quilibet christianus debet summe cavere immunditiam peccati mortalis, quia quilibet baptisatus sanguine Christi est lotus. Et quanto enim pannus est pretiosior tanto magis timenda inquinatio. Praeterea timenda est inquinatio propter dignitatem humanae naturae quae dependit ex hoc quod anima hominis imago dei est. Unde sic peccat qui eam peccato mortali coinquinat sicut qui imaginem dei crucifixi vel beatae mariae virginis in lutum immundum proiceret. Item sicut ille qui crucem in qua corpus Christi pependit in lutum proiceret peccaret sic etiam peccat qui non timet inquinare humanam naturam quae divinae naturae inseparabiliter unita est. Item quia est in immunditia peccati mortalis a deo displicet deo quod non habet tam bonum amicum nec in caelo nec in terra quem non adiceret ad mortem aeternam pro macula unica peccati mortalis in eo inveniret. Ecclesiastici 12: Altissimus odio habet peccatores. Item peccatum mortale a deo immundum est quod pulcherrimas creaturas i. angelos a deo immundos et deformes fecit quod diabolus libentius videret quam ipsum ut sic videret. Ipsum enim animam quae est pulcherrima imago creatoris et quae etiam est mundata sanguine Christi

ff

spacios adeo immundam deformem
et abhominabilem facit tociens sponsam
dei sicud iam est dyabolus Unde
augustinus Anima in peccatis perseverans
nigrior est carbone Insuper anima
peccatrix intollerabiliter fetet co-
ram deo et sanctis eius unde augustinus
Intollerabilius fetet canibus putri-
dis hominibus quam anima pecca-
trix deo Sed anima in gracia constituta
est pulcherrima unde etiam Bernhardus
In meditacione O anima insignita dei
ymagine decorata dei similitudine
desponsata in fide dotata spiritu re-
dempta sanguine deputata cum an-
gelis capax beatitudinis heres reg-
ni quid tibi cum carne Item anima
in gracia est nobilissima creatura
unde augustinus Sicut deus omnem cre-
aturam sic anima omnem corpoream
creaturam nature dignitate precellit
Unde talia ponderanda sunt ne pec-
cemus mortaliter unde etiam Bernhardus
Si homines dei inspectione anime
dignitatem peccati vilitatem et ne pe-
ne quantitatem inspicerent nunquam
talia perpetrarent Item qui peccatum
mortale committit et animam suam oc-
cidit reus erit sanguinis christi
unde augustinus Reus erit non parvi
precij sed sanguinis ihesu christi quicumque
violat et maculat animam christi
sanguine mundatam unde merito quilibet
debet sibi cavere a peccato mortali et
sollicite custodire animam suam unde
augustinus Si collegisses stillas san-
guinis christi cadentes non cum sol-
licitudine sanguinis custodires quan-
to plus animam tuam pro qua sangui-
nem suum fudit Unde notandum

Quod si daretur vel qualitercumque aliter
alicubi daretur et in disiunctiva utrum
vellet potius mortaliter peccare
et non perpetue cum deo esse hac vel
non et cum dampnatis vehementer cru-
ciatus sustinere pro remissione illius ea
1 sunt notanda || Primo quod homo potius
deberet eligere perpetue puniri sine
peccato mortali quam nullam penam ha-
bere cum voluntate peccandi mortaliter
2 ||2° quia homo potius deberet eligere
cum dampnatis esse sine peccato mor-
tali quam esse cum salvatis cum vo-
3 luntate peccandi mortaliter || 3° quod
quod non deberet eligere velle mortaliter
peccare etiam si ex hoc omnes dam-
nati deberent salvari Racio est
quia contrarium est quod dicit scriptura Non
sunt facienda mala ut eveniant inde
bona unde luce 9 Quid enim prodest
homini si mundum universum lucretur
anime vero sue detrimentum paciatur
aut quam dabit homo commutacionem pro
anima sua Ista multum decent atten-
dere qui faciliter et pro modica cau-
sa mortaliter peccant sicut mercatores
scientes mendaces contra deum quod non est
verum in emendo et vendendo Et alii
maledici blasphemi periuri ebrii h
et cetera || Quartum ad 3um partem sue
dicitur sicut libelli lucis Quod quilibet
homo toto corde appetere debet esse cum
christo in illa beata vita || Primo quia
multum iocundum est esse cum eo a deo
enim delectabile ut paradisus computetur
Luce illud luce 23 Quod christus dixit
ut latroni Amen dico tibi hodie me-
cum eris in paradiso Non fuit ea
die latro ille in paradiso celesti sed
fuit cum christo quia faciem eius

secundum diuinitatem vidit esset sicut ei paradisus eterna. Ubi christus ibi regnum dei. Et si quis esset cum christo in inferno. Ita tamen ut faciem dei videret locus iste esset ei paradisus. Unde eciam refulgencia dei faciei per omnes in carcere inferni inclusi non haberent nullam penam nullum dolorem nullamque tristiciam sentirent. Ergo qui haberet bonam et veram fidem non timeret ad corpus venire eciam per ignem et gladium pro sacramentis et eius signes fecerunt. Tercia secundum apostolum Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. 2° dicitur quilibet affectat toto corde in illa beata vita cum christo et cum omnibus electis. Tercia qui illuc non peruenerit pessimam societatem habebit. Erit enim socius luciferi et omnium demonum in penis quorum societas valde timenda est quia ipsi valde sunt horribiles. Job 20° Vadent et venient super eum horribiles, id est demones. Sicut enim deus et sancti delectabiliores sunt videndi. Ita per oppositum in inferno horribilis est visio demonum et dampnatorum. Tercia si nullam penam aliam haberent ista sola eis sufficeret. Unde Gregorius horrenda visio demonum. Insuper habent acerbissimam penam dampnati cum demonibus in inferno. Unde Ysaias in sompno. Intende ergo quascumque seculi penas, quascumque tormentorum dolores quascumque dolorum acerbitates et compara hoc toto iehenne et leve erit tibi omne quod pateris. Et quod maximum et grauissimum est quia tales pene inferni numquam habebunt finem. Ysaias ultimo. Ignis eorum non extinguetur. // Ubi notandum est quod satis suave et delectabile est ad tempus in uno molli lecto et molli iacere. Et tamen si alicui preposito in tali lecto diceretur. Iace et quiesce quia oportet ibi te ad centum annos iacere. Responderet potius vellem esse mortuus. Quanto ergo erit de illo qui in igne ardenti erit et stet sine mensura non per centum annos vel per mille sed per infinita seculorum secula. Et totus homo cum omnibus membris per diem medium erit in igne. Et tamen non posset aliquis ignem paruum sustinere in minima parte digiti per unam horam quantus erit dolor, quando totus homo cum omnibus suis membris est in igne eternali. Iste ignis differt ab igne nostro secundum Augustinum tamquam ignis depictus in pariete. Ex hoc patet quod quilibet dampnatus incomparabiliter habet maiorem dolorem quam sit dolor mortis corporalis. Unde si aliquis esset sicut pene admodum ut singulis momentis unguibus ferreis dilaceraretur et tamen vita continuaretur ipse non tantam penam haberet quantam ille habet qui est dampnatus. Et in signum huius doloris est quod dominus ait. Ibi erit fletus et stridor dentium. Ubi sciendum est quod si singulis diebus in quibus homo dampnatus ardebit in igne infernali fleret unam lacrimam, multo plures exirent lacrime procedentes ab uno dampnato quam omnia vasa mundi caperent. Et ideo patet ex hoc quod omnia vasa huius mundi capient partim in anima et in magnitudine. Dies vero quibus dampnati erunt in inferno non habent finem. Secundum huius distinctio est in individuo corporis. Illud Matth. 25 Ite maledicti in ignem eternum. Unde hic est queritur utrum dampnati etiam videant gloriam dampnatorum in celo. Respondet Thomas 4 dist. ult. q. 2 ar. 2 quod unusquisque et omnes videt gloriam dei et beatorum usque ad diem iudicii. Nec tamen eandem gloriam sentiunt nec comprehendunt nec etiam perfecte cognoscunt. Sed videt bonum quod boni in celo habent maiorem gaudium et magnam gloriam ut eo per visionem plus affligantur. Tertia talis visio est eis pena. Post vero diem iudicii mali amplius non videbunt bonos. Nec tamen per hoc diminuetur aliquid de eorum pena immo plus augmentabitur quia omnia habebunt in memoria. Sancti vero in celo existentes et nunc et semper videbunt dampnatos ut ipsi laudent deum qui eos liberavit a tanta pena. Nec propterea tristantur etiam si vident parentes suos dampnatos. Tertia voluntas eorum est quod vult divina iusticia. Unde psalmus Letabitur iustus cum viderit vindictam. Unde Bernh. Complementum malorum et gaudium beatorum erit per aspectum vindicte. Unde Bernardus. De sicut in patria est perfecta caritas et gaudium de bonis aliorum sanctorum. Ita et in dampnatis est perfecta unitas et gaudium de bonis aliorum sanctorum. Ita et in dampnatis est perfecta invidia et odium. Unde vellent quod omnes homines etiam parentes filii et filie uxores et consanguinei dampnarentur. Et nullus homo salvaretur. Quia maiorem penam habent quando filii sui consanguinei dampnantur. Ideo petiit ad hoc petit dives in inferno sepultus Abraham ut mitteret Lazarum in domum patris sui. Habui enim quinque fratres ut testetur illis ne veniant in hunc locum tormentorum ut habetur Luc. 16. Hoc ille dives non fecit principaliter propter fratres suos sed propter se quia maiorem penam computabat esse dampnationem illorum. Ut tanta est pena dampnatorum quod potius vellent non esse et nunquam nata fuisse quam vivere. In signum huius maledicunt diem et etiam parentibus suis. Tertia sim. quod ipsis melius est non esse quam male esse. Ideo dicit Christus de Iuda traditore suo ut habetur Matt. 26 Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Et in signum huius dampnati optant et querunt mortem et non invenient. Unde Apocalipsis 9 Mors fugiet ab eis. Unde Augustinus in sermone. Tamen in inferno mors queritur et non invenitur. Tamen quando in hoc seculo vita offertur et noluit accipere. In inferno querit mortem et non potest invenire. O quam terribile et horridum est semper velle mori et nunquam posse mori semper perdere et nunquam finiri. Unde legitur in horologio sapientie capitulo 4 ponitur parabola. Est quidam lapis molaris adeo magnus quod orbis circumferentiam celi tangeret. Et aliqua avicula modice quantitatis post centum milia annos veniret et de lapide predicto solum tantum quantum rostro capere posset vel

L

M

lexet quadratum esset de novo paries muli. Et iterum post tectum multa annos antiquata sic plus sed unam particulam de decem et sic per singulas partes. Ita quod in dictis ceteris milibus annis non plus diminueretur quantitas lapidis nisi quantum sed in magnitudine quantum unius muli. En pro dolor ipsi miseri multum gratum esset quod post talem longam et plenam consumpcionem totius lapidis totus lapis finem haberet pena illorum. Sed hec eadem consolacio huiusmodi a divina iusticia denegata est. Unde Ambrosius: momentaneum est quod delectat, perpetuum autem quod cruciat. Et secundum Crisostomum in 20 de gradibus impossibile est infinita punire. Non est proporcio finiti ad infinitum nulla est proporcio.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre ad Ro. 6. Eadem vero in principio creacionis fuit fortis et plena rigoris et obediens anime. Sed postquam facta est debilis et infirma aggravat animam et deprimit ipsam. Unde apostolus Paulus condescendens infirmitati nostre dicit humanum dico. Glosa, id est leve et sine opere et onere. Mathei XI: Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Sed quod dicitur hic esse leve aut corporis dicitur in alio loco sed arta est via que ducit ad vitam. Et Actuum 14: per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum dei. Ad hoc respondet Rabanus: angusto initio incipit processu temporis ineffabilis delectationis dulcedine dulcorat. In quo autem consistit hec dulcedo tangit Hylarius dicens: Et quid iugo isto suavius et hoc onere levius esse probatur. A scelere abstinere, bonum velle, malum nolle, amare omnes, odire nullum, nolle inferre alteri quod sibi ipsi sit molestum. Ecce quam speciosum et dulce est hoc iugum. Sequitur igitur unde in persona Christi dicitur quod tangitur in epistola predicta. Propter quod debemus exhibere corpora et membra nostra in servicio spiritus. Secundo de peccatis que inducunt mortem ait. Tercio de gracia dei que confert vitam eternam. Quantum ad primum dicit hic apostolus: Sicut exhibuistis membra vestra servire iniusticie. Verbi gratia sicut corpus et membra membra exponunt sed in servicio diaboli. Femina que habet agros diversos vult vineas sibi utiles et qui diversas arbores in orto suo habet vult quod qualibet fructum ferat. Sic et deus vult quod diversa membra que dedit homini sibi serviant. Oculis audiendo libenter audias verbum dei et offerendo eum oculis et fleas tormenta que Christus in cruce sustinuit. Et manus porrigendo pauperi elemosinas et labores ut habeas de iusto tuo unde vivas et pauperibus subvenias pedibus eundo ad sermones peregrinaciones faciendo. Ore confitendo et orando et ceteris membris corporis utere ad deum deo serviendo. Et sic te plus non cohibent timor eternorum suppliciorum nec amor eternorum premiorum a peccato. Sic te non cohibeat a peccato dei amor etc.

poralis formido vnde Augustinus
propter delectacionem mala facimus
propter tristiciam vero a bonis remouemur
p Item sciendum Et Augustinus dicit
in libro de simplicibus Et honoribus
& carnis seruiunt deo scilicet ti-
more commodo et amore Nam-
que sunt nonnulli qui si penas inferorum
esse non scirent nulla promissione
eternorum bonorum a peccatis suis ces-
sarent Qui licet penas illorum
qui deum non verentur euadunt
non salutem eternam non consequuntur
vnde de hoc Augustinus Ipsa voluntate
reus est qui vult quod non licet
fieri vnde et Gregorius super Moralia Qui
a praua actione formidata pena
prohibet effectu formidatus animum
nulla spiritus libertas tenet Nam
et si penam non metueret culpam
procul dubio perpetraret Alii deo ser-
uiunt vt magnum mercedem habeant pre-
mium siue in presenti siue in futura
vita De quibus deus dicere potest
Circa quos quomodo vos mea man-
data seruastis Non quia me propter
diligebatis sed mea lucrari vole-
batis Sunt illi qui Christi recte eciam
seruiunt non quia eum amant sed quia
dona eius diligunt Et tale serui-
cium non est gratum deo nec est
meritorium vite eterne quod non ex
caritate dei fit vnde Bernhardus Cari-
tas est bonum sine qua nec opus mi-
nimum desperitur Cum qua nec maxi-
mum acceptatur Vnde dicitur super Cantica
Opera que sine caritate non valent ad
salutem 2 q 1 Odi vnde eciam apostolus
1 Cor 13 Si tradidero corpus

meum ita vt ardeam caritatem autem
non habuero nichil michi prodest Illi
sunt qui ex amore deo seruiunt et
precepta sua custodiunt et isti bonam
intencionem accipient quia mercedem quam
deus suis seruitoribus solet dare quod scilicet
ex amore seruiunt non est tempora-
lis nec transitoria Sed durabilis est
et eterna Ecclesiastici 18 Merces dei ma-
net in eternum Ista merces est summum
bonum eternorum gaudiorum quod dare
voluit fideli seruo quod vero amore
deo seruienti non timore vel commodo
Et tali dicet post illud Math 24
Euge serue bone et fidelis intra in
gaudium domini tui De illo gaudio
dicit apostolus 1 Cor 2 Oculus non
vidit nec auris audiuit etc Augustinus
libro 22 de ciuitate dei Quod deus preparauit
diligentibus se fide non capitur spe non
attingitur caritate non comprehenditur
desideria et vota transgreditur acquiri
potest estimari non potest // Quartum ad quartum
dicit hic apostolus Stipendia R
peccati mors est scilicet anime Sed quod sciendum
Et omnia illa que corpori morienti eve-
niunt contingunt eciam spiritualiter anime
morienti per peccatum mortale Et sicut
dicto primo vnde mors separat animam
a corpore vnde apostolus Mors naturalis autem
est quando separatur anima a corpore a qua
anima corpus habebat valorem suum
vnde remanet corpus quod tenuit inanis
et inutilis Sic eciam peccatum mortale se-
parat animam a deo a quo habebat valo-
rem suum vnde remanet anima mortua
spiritualiter coram deo vnde Augustinus vita
anime amor est qui non amat mortuus

tuus est // Secundo mors aufert motum corpori Sic peccatum anime ipso motus id est sentit pressuras. Nec erubescit de mandatis Non respondit vocatus Sic etiam persistens in peccato mortali Unde proverbiorum 23 Verberaverunt me et non dolui Traxerunt me et sensi. Deus enim vocat per infirmitates et adversitates interim per beneficia, vocat per predicationes et internam inspirationem Sed ipsi peccatores spiritualiter mortui tamen non sentiunt unde et hoc dicitur in ps 81 Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant // Tertio mors cadaver ponderosum facit Sic spiritualiter peccatum animam hominis ponderosam facit Unde Zacharie 5 Unum peccatum fornice gravissimum maius est toto mundo et omnibus que habet mundo Hoc patet in Lucifero quem celi sustinere non potuerunt et in Dathan et Abiron quos terra absorbuit patet etiam cottidie in peccatoribus morientibus mortaliter de quibus dicitur Job 21 Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt Si omnes mortales essent plumbei et super aliquem infirmum caderent ipsum ad infernum non traherent Et tamen peccatum ita est ponderosum quod in momento illuc trahit peccatorem Unde Exodi 15 descenderunt in profundum quasi lapis // Quinto mortuus spiritualiter in anima per peccatum mortale perdit dominia meritorum suorum Unde Ezech 18 Si averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes omnes iustitie eius quas fecit non recordabuntur amplius Hinc Job quondam Ego quondam opulentus repente contritus // Sexto moriens corporaliter nichil operatur decetero Sic etiam qui moritur in peccato quidquid et tunc boni operis facit quantum ad regnum celorum ac si non fecit reputatur Ysa 59 Opera eorum inutilia et opera iniquitatis in manibus eorum // Septimo facit cadaver hominis mortui super omnem fetorem ut nullus posset habitare cum eo Sic peccatum mortale animam fetere facit coram deo angelis et sanctis eius Unde Aug. Tolerabilius fetet canis putridus hominibus quam anima peccatrix deo // Septimo mors aufert ab homine omnem decorem et formam et reddit corpus abhominabile et horridum ad videndum Sic etiam peccatum ab anima aufert omnem decorem Unde Trenorum primo Egressus est a filia Syon omnis decor eius ymmo etiam peccatorem secundum Aug. Nigrior est corvo // Octava a corporaliter moriente amicorum turba alienatur et turbatur Sic omnes sancti et angeli ab anima in peccato moriente alienantur et turbantur Unde Job 19 Dereliquerunt me propinqui mei et qui noverant me obliti sunt mei Unde Tren 1 Omnes amici eius spreverunt eam et facti sunt ei inimici Nono postmodum sepelitur corpus in sepulchro Sic anima peccatrix sepelitur in inferno Luce 16 Mortuus est dives et sepultus est in inferno Decimo postmodum a vermibus consumitur corpus Sic anima peccatoris a demonibus in inferno diversimode et multiplex a demonibus punitur secundum multitudinem peccatorum quia quodlibet peccatum mortale specialem habet penam in inferno Unde in decretis Varietas criminum varietatis sunt penis punienda 2 Reg 1 Non offeramus Unde Bernardus in sermone O iehennalis regio fugienda tibi est ignis ardens frigus rigans vermis immortalis ffetor intollerabilis mallei percucientes i. tenebre enim palpabiles confusio peccatorum improdacio viculorum horribiles facies demonum i. tremor enim totus ad memoriam huius rapient. // Quantum ad 3m patet quia sic dicit hic apostolus gracia dei vita eterna i. premium pro bono opere in gracia facto est vita eterna

R

// Unde hic queritur utrum quis sine gracia possit mereri vitam eternam // Respondetur quod non Deus enim creavit hominem ad ymaginem et similitudinem suam ut per hoc semper ex naturali inclinacione tenderet ad ipsum Sed quia hoc ex sola naturali virtute non poterat ideo deus ei contulit quandam excellenciorem virtutem scilicet supernaturalem graciam ut sic non solum ad deum tenderet per naturalem inclinacionem sed eciam per virtutem supernaturalem que insufficienciam nature impleret et adiuvaret Quia in pure naturalibus non meremur quia sine gracia nichil facere possumus quod sit meritorium vite eterne Ideo dicit Salvator noster Ioh. 15. Sine me nichil potestis facere Unde etc. Augustinus doctor et gracia dicit De ydeacate auxilium gracie quod sola homines liberantur a malo sine qua nullum prorsus sive cogitando sive volendo et amando sive agendo faciunt bonum Et racio est quia nulla res potest producere effectum sive nature non proporcionatum Sicut aqua non potest sua virtute calefacere nec eciam ignis infrigidare Sic impossibile est quod homo per se possit facere opera meritoria vite eterne nisi assit alacer motus que dicitur gracia de qua dicit apostolus Gracia dei sum id quod sum quasi dicat Totum est quod in me bonum et virtuosum quo ad meritum hoc totum habeo ex gracia dei Ideo

B

hic queritur 2o utrum quis ex propriis mereri possit graciam gratum facientem Respondetur quod non quia hanc graciam quam infundimur a patre et grati efficimur deo et per quam opera nostra sunt meritoria sicut eciam primum solum habemus a deo Quia nullus hanc graciam potest mereri ex merito condigno sed solum merito congruo // Notandum quod quinque doctores dicunt quod licet peccator opus meritorium non possit facere sine gracia gratum facientem Nec se possit illuminare per graciam potest tamen aliquid facere quo facto illuminatur a deo per graciam Sicut homo non potest domum solarem illuminare potest tamen aliquid facere quo facto illuminatur ut aperire ianuam vel fenestram Sic eciam est de gracia dei Deus enim semper paratus est conferre suam graciam Unde Apocalypsis 3 Ecce sto ad ostium et pulso per internam inspiracionem Si quis michi aperuerit scilicet removendo a corde suo obicem peccati intrabo ad eum scilicet conferendo ei graciam meam quia homo debet facere hoc quod in se est ut deus amministret sibi graciam suam Unde eciam Augustinus Qui creavit te sine te non iustificabit te sine te Unde etc. Gregorius In omni bono quod agimus et dei est et nostrum dei per prevenientem graciam nostrum per obsequentem voluntatem Unde etc. Crisostomus super Matheum Et voluntas debet precedere et tunc sequitur gracia Nam nec

gracia sine voluntate aliquid operatur
nec voluntas sine gracia potest. Unde et
terra non germinat sine pluvia
nec pluvia fructificat sine terra
cultura. 4 quilibet debet se dis-
ponere ut sit perceptibilis gracie dei
ut sic possit mereri multiplicia
gaudia vite eterne. Racio quia dum
quis est in gracia tunc semper inde-
sinenter et quocienscumque facit ali-
quod bonum opus scilicet orando ieiu-
nando vigilando/ missam et verbum
dei audiendo. Et eciam fideliter la-
borando pro se et pro suis. Unde in psalmo
12. Labores manuum tuarum quia
manducabis etc. Et quod plus est etiam
comedendo et bibendo ad confor-
tacionem nature cum gracie actione. Unde
Augustinus. Cum manducas et bibis ad
refectionem corporis et deo gracias agis
cibus et potus tuus deum laudat.
Insuper dormiendo pro sanitate corpo-
ris. Unde etc. Gregorius. Compungi
scelere non vacat a vicio. Hec omnia
iam dicta patent per apostolum qui dicit
Scimus quod diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum. Ergo quod deus re-
munerat quantum passus fuit que va-
dit pro necessitate corporis. Require
in promptuario q. l.

Debitores sumus non carnis
ut secundum carnem vivamus. Romanos
8. In epistola hodierna apostolus
paulus hortatur nos ad mortifica-
tionem carnis et ad imitacionem spiritus
sancti. Debitores sumus non car-
ni. Unde in presenti sermone tria sunt dicen-
da. Primo de maceracione carnis. 2o
quibus operibus caro debetur. 3o
moris. 3o de triplici vita quam con-
fert abstinencia cum uno exemplo. Pri-
mum ad primum quid est hic que sit vera
maceracio carnis. Respondet albertus in tractatu
de vita. Vera maceracio carnis est
cum quis sponte castigat corpus suum de se
iuniis vigiliis oracionibus aliisque
disciplinis et abstinencia sibi et
potius. Unde in omnibus eum subiciat
spiritui. Hoc fecit apostolus paulus
dicens. Castigo corpus meum et in
servitutem redigo. Et eciam Judith
que erat mulier iuvenis et pul-
chra et dives vidua propterea macerabat cum
viro suo [illegible] domus a dignitate
et post nuptias quas habuit cilicium
super lumbos suos. Et ieiunabat omnibus
diebus preter solennitates. Et eciam legitur
de sancta Cecilia que habuit cili-
cium ad carnem suam et desuper ves-
tes aureas. Unde Gregorius. Absti-
nencia vera est cum quis pro amore
dei et salute propria non ab il-
licitis tantummodo et mercedem a licitis
et concessis se cohibet. Item secundum
secundum albertum. Argumentum vere macera-
cionis est cum carni nulla voluntas
voluptatis sed sola necessitas impenditur.
Nam voluptas mala deliciosa et plu-
ra exigit quam necessitas requirit.
Racio secundum philosophum. Natura in paucis et
in minimis contentatur. Item aliud ar-
gumentum est cum quis carnalia sua
corpus odit animam suam amat in hoc mundo.
Nam corpus dicit Johannes 12. Qui odit
animam suam in hoc mundo in vitam e-
ternam custodit eam. Et exponens Gre-
gorius ait. Cum bene odimus cum carna-
libus desideriis non acquiescimus sed
frangimus. Et corpus domamus

et saluatore docet nos maceraci
one carnis et abstinencia Vnde Bern(ardus)
sup(er) Can(tica) Credens q(ui) no(n) fallit
elegit q(uo)d tam(en) molestius e(st) s(ed) q(uia)
vtilius magis eligendum est Et
quicu(m)q(ue) aliud docet vel suadet
ab eo tanqua(m) seductore cauendu(m) e(st)
Et caro e(st) vnde p(ro)p(ter) duo digna
hec vinci h(abe)t s(ecundu)m corp(us) et in fu-
turo s(ecundu)m anima(m) Vnde Jer(onimus) in ep(isto)la
Difficile i(m)mo i(m)possibile est vt p(re)-
sentibus q(ui)s et futuris fruat(ur) bo-
nis vt hic ventre(m) et ibi mente(m)
impleat Et de delicijs transeat ad
delicias et in vtroq(ue) seculo p(ri)mus sit
in terra et in celo appareat glorios(us)
Vnde etiam Bern(ardus) Cum carnalibus
voluptatibus pascit(ur) eternaru(m)
deliciaru(m) epulis indignus h(abe)t(ur)
Hec diligent(er) cuncti p(re)lati ponde-
rarent Directo i(n) mag(is) abstinencia(m)
inciperent s(ic)ut narrat(ur) de q(uo)d(am) theodo(ro)
de pluribus s(an)c(t)is patrib(us) Hom(ilia) de i°
q(ui) pependit a(n)sera(m) madida(m) an(te)
oculos suos vt abstinendo puniret(ur)
hoc que in p(ro)p(ri)is corpore A(d) Ro-
m(anos) ad 2m dicit ap(osto)l(u)s Si s(ecundu)m car-
ne(m) vixeritis vbi sciendum Et q(uia) o(mn)ib(us)
carnis debet(ur) duplex mors s(cilicet) na-
turalis et culpe Mors na(tura)l(is) est q(ue)
omnibus hominibus Vnde ap(osto)l(u)s Sta-
tutum est omnibus hominibus semel
mori Vnde et(iam) [illegible] de vita et
morte Mors et vita sic omnib(us)
mortalibus q(ue)dam Et illa mors na-
turalis anticipat(ur) illis q(ui) voluptuose
s(ecundu)m carnem viuunt Sicut nimia re-
pleto cibor(um) causat infirmitates
Vnde Eccl(esiastici) 37 In multis escis et
infirmitas Et consequenter ab(bre)-
uiat vita(m) et inducit morte(m) Vn-
de Eccl(esiastici) 37 Propter crapula(m) mul-
ti interierunt Quemadmodu(m) q(uo)q(ue) c(on)tingit
hic a quodam ph(ilosoph)o in p(ro)bl(ematibus) e(st) ho-
[illegible] plures actio ignis et coq(ui)
mature et pomo nouo Nam sic
actiuus ignis ad modum caloris
solis dissoluit(ur) Sic hoc ad mo-
dum caloris febris desicit(ur) Et ip(s)e
rosa ante solis ortum colore s(ed)
pulcre et p(ost)modu(m) marcidu(m) Sic
esse cum filiis hominum. Bernardus. Miror
Si hoc celum libenter inhabitet
deus quod condidit Non quia ceteros
dixit cum ut fieret Sed produxit
ut inficeret inhabitet ut contineret
Ergo sicut gloriose habitat in sanctis
in celo sic etiam gloriose cum bonis chri
stianis in mundo Gregorius In signum huius ymaginis
homo vocatur cum tribus potenciis M
eius scilicet ut sint tres tamen sancte
trinitatis scilicet Memoria patris intel
lectus filii voluntas spiritus sancti // 3o
quia cum in bonum opus operamur facit
scilicet unum pater noster orando ieiunando
elemosinam dando mane surgere
Quia unus passus in gratia plus
valet et placet deo quam omnia opera
bona que facta sunt ab uno infi
deli sicut hec a malis hominibus Unde Bernardus
Caritas est bonum cum quo omnium operum
desipitur sine qua nec magnum
acceptatur Insuper omnia bona ad de
um confluunt in presenti et in futuro
In presenti omnia bona opera que fiunt ab
omnibus christifidelibus scilicet orando
ieiunando elemosinas dando missas
audiendo etc ad eum confluunt per
participacionem Unde psalmus 118 particeps
ego sum omnium timencium te Et in fu
turo omnia merita et gaudia bea
torum angelorum et omnium sanctorum in
celo existencium ad eum confluunt
seu redundando Unde etiam magister sen
tenciarum li. 4 dist. 49 Per caritatem
que in singulis erit perfecta tanta
quisque gaudebit de alterius bono
quantum gaudet si haberet in se ipso
Unde etiam. Gregorius. Et omnes e
nunciare sufficit quanta gaudia
habebit anima cum inspiciet de sanctorum
patriarcharum humilitate prophetarum
credulitate et fidelitate apostolorum
caritate de martirum stabilitate
et paciencia Confessorum pietate et
clemencia virginum castitate et O
continencia // Quarto quia eciam

quia etiam mala sunt eis bona tam propria quam aliena. Et hoc tam in presenti quam in futuro. Hoc primo probatur: primo propter propria peccata. Prima quia homines magis humiliantur per lapsum. Et fortiores securiores erunt quam ante fuerant. Exemplum in dauid et in petro, maria magdalena et similibus. Unde ait ambrosius: Certius [illegible] quod multis deus multum electorum [illegible] cadere permittit [illegible] meliores a casu suo resurrecturos non sensisset. In futuro vero habebunt ex hiis honorem et coronam celestis [illegible] tamquam gaudium quod fortiter surrexerunt a peccatis et quomodo viriliter dimicauerunt contra carnem mundum et diabolum. Secundo etiam aliena mala et peccata, et hoc in presenti post passionem quia per misericordiam et compassionem. Nam peccatoribus compati debemus ex fraterna caritate et non despicere nec condempnare. Luce 6: Nolite condempnare ut non condempnabimini. Sed in futuro pena malorum cedet bonis in bonum, quia ex hoc regratiabuntur deo quod eos liberauit ab illis penis. Unde bernardus: Supplicium malorum et gaudium bonorum. Unde in psalmo 57: Letabitur iustus cum viderit vindictam. Et ideo secundum apostolum ad Ro. 8: Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Secundo quia bonus christianus semper est cum domino et dominus cum eo, siue sit foris siue intus, siue in ecclesia, omni loco et tempore, die noctuque, in vita et morte. Unde dicit per prophetam: Non te deseram. Unde psalmo 90: Cum ipso sum in tribulatione. Unde apostolus: Siue viuimus siue morimur domini sumus. Tertio quia bonum christianum deus honorat in presenti et in futuro. Honorat enim quia quemlibet bonum christianum vocat [illegible] fratrem et sororem. Math. 12: Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater soror et mater est. Et hoc est magnus honor esse et vocari fratrem et sororem regis celestis. Et in futuro faciet eum secum regnare et coronabit eum in corona celesti. Unde in psalmo 8: Gloria et honore coronasti eum domine. Item in psalmo 20: Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Septimo quia quilibet bonus christianus est benedictus a deo hic et in futuro. Unde deuteronomii 28: Benedictus tu in ciuitate, benedictus in agro. Et in futuro benedicetur. Math. 25: Venite benedicti patris mei, percipite etc.

Fiduciam talem habemus per christum ad deum, non quod sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. 2 Cor. 3. Hic apostolus ostendit confidendum esse in deo. Et hic propter nostrum defectum et diuinum adiutorium quod nobis specialiter tempore gratie paratus est impendere dominus noster Ihesus christus. Primo clamat in eo quod satisfecerit pro nobis et meruit nobis celestia. Primo in sua dispositione in cruce. In signum huius habuit caput inclinatum [illegible] et brachia extensa taliter extendens ea ad osculandum et amplexandum peccatores. Unde Ioh. 12: Cum exaltatus fuero omnia traham ad meipsum. Secundo collatione gratie. In signum huius habuit magis preciositates largiter effundendo donum spiritus sancti. Tertio apertione ianue regni celestis. In signum huius laudemus sunt perforata et aperta in cruce ut panderet nobis aditum intrandi in paradisum. Sed hanc fiduciam debemus habere non quod nostre virtutis sit sed propter christum tamquam pretium et redemptorem quem deus pater dedit nobis. Ergo dicit hic apostolus confidentiam talem habemus per christum ad deum. Vnde in predicto sermone quatuor sunt dicenda que tanguntur in epistola hodierna. Primo de temeraria confidentia et de efficacia penitentie. Secundo quod cogitatio nostra versari debet circa scripturam. Tertio de insufficientia nostra. Quarto de excellentia ministrorum novi testamenti respectu veteris. Quantum ad primum sciendum quod est triplex confidentia scilicet maledicta mendax et secunda bene-dicta. Prima illa in qua peccatores magis audacter peccant dicentes: Deus est misericors non dimittet ut convincat nos dampnabit. De quo dicitur Sap. 3c. Vana est spes impiorum. Vnde Eccl. v. Ne dixeris miseratio domini magna est multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Certe ista maledicta dicitur quia deum inhonorat quem honorare deberet et inde peccat unde cessare deberet a peccato. Secunda mendax que sperat se deum vincere et aliquid commercium non fallere in se putans habitum. De qua fiducia dicitur Iob viii. Araneorum tela fiducia eius. Et Ysa. lix. Confidunt in nichilo et loquuntur vanitates. Aranee spes ideo aranee tele comparatur que uno flatu in momento dissolvitur sicut tela. Exemplum evidenter patuit in illo divite de quo dicitur Luce xii. Anima mea habes multa bona etc. Et dictum est ei: Stulte hac nocte repetent animam tuam et que congregasti cuius erunt. Tertia est benedicta et est illius qui totam confidentiam suam ponit solummodo ad deum sperans hic gratiam et misericordiam et veniam peccatorum suorum consequi per misericordiam dei. De qua dicit propheta omnibus peccatoribus penitentibus: Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Vbi sciendum quod misericordia iustificatio primo est opus potentie maxime. Et secundum Augustinum magis est peccatorem convertere quam celum et terram creare. Quia ipse dixit et facta sunt ipse mandavit et creata sunt. Nec ibi invenit aliquam resistentiam et contradictionem. In iustificatione autem impii resistentiam et contradictionem invenit scilicet eius propriam voluntatem. Secundo est opus profundissime sapientie eius. Scientia enim cor et mens qui vas confractum. Eccl. 21. Cor fatui quasi vas confractum quod nullam sapientiam tenebit. Sapientis vero figuli sicut deus est de eodem luto alterum vas facere potuit quam illud quod fuerat fractum prius placuit in oculis eius. Vnde dicitur Ier. 18. Tertio est opus largissime clementie et misericordie respicit et convertit peccatorem. Vnde apostolus ad Titum 3. Non ex operibus iustitie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Exemplum de Paulo qui existens in actu et voluntate persequendi et perdendi convertit ex sua clementia et misericordia et fecit sanctum. Vnde hic queritur utrum prima opera mortificata per peccatum redivivescant. Respondit sanctus Thomas in tertia parte quia ita. Quia penitentia prima infundit gratiam et per consequens dat omnia alia quas habebat. Et non alias erat opera bona que non deo erant mortificata que restituuntur. Item queritur

Vnde per penitentiam omnes virtutes que erant perdite per peccatum restituuntur. Sanctus Thomas ibidem dicit: Et ideo est quod sicut per penitentiam dimittitur peccatum, ita peccatum non dimittitur sine infusione gratie. Vnde homini per penitentiam infunditur gratia. Et in infusione gratie consequenter homo omnes virtutes recipit. Vnde dicitur per omnes virtutes per penitentiam restitutas. Exemplum huius habemus de filio prodigo qui post conversionem et penitentiam fuit ad pristinam gratiam restitutus. Dico tamen quod homo aliquid amitteret in eadem gratia, aliquid in maiori vel minori secundum dispositionem suam. Item sciendum quod deus pater penitentie plus vult facere et de celo facit quam per beatam virginem et omnes sanctos faceret. Hoc sic probatur. Volo quod aliquis peccator consistat in peccato mortali volens perseverare in ipso. Et si beata virgo Maria filium suum unigenitum peteret ostendendo ubera quibus eum nutriebat, non exaudiret. Similiter si omnes sancti in celo et omnes homines in toto mundo et etiam omnes creature una voce clamando peterent, non exaudirentur. Ratio est quia divine perfectioni repugnaret. Sed si iste peccator peteret per actum vere penitentie, exaudiretur. Et tanta delectatione diligit deus penitentes. Item penitentia est tam bona quod non potest melius intelligi. Hoc sic probatur. Tanta bona est penitentia quanta mala est culpa mortalis. Ratio huius est: tantum quantum aliquid est bonum, tantum illius oblatio est bona seu istud quod offertur. Sed penitentia tale peccatum aufert scilicet culpam. Sed culpa mortalis est tam mala quod peius intelligi non potest. Cum ergo deus qui est eius bonum quantum bonum intelligi potest. Hoc patet quia penitentia bonum peccatum aufert et privat. Vnde Ieronimus: Iste sicut in fine diligit, ita sine peccatum odit. Et ita quantum quod ipso est peccatum est ipsum destruere semper divino accepto honori non remaneret qui penitentiam negligit et retrocompellit. Vnde Ieronimus de summo bono libro 2o: Penitentia est medicamentum vulnerum, spes salutis, per quam peccatores salvantur, ad misericordiam deum provocant. Secundo ad 2am partem illius sermonis dicit apostolus: Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis. Hic docet apostolus quod non debemus cogitare de nobis quasi a nobis, sed nos et omnia nostra ad deum referre, deum qui est summum bonorum vera beatitudo, in quo debet esse nostra cogitatio. Vnde de nobis dicitur illud Sap. 5: Cogitatio eorum apud altissimum perennis(?). Dum cogitatio nostra cum divino adiutorio perficitur, sed circa septem. Primo circa peccata peracta ut ea defleamus et peniteamus et satisfaciamus. Oportet enim nos satisfacere deo pro peccatis nostris, quod probatur tribus exemplis. Primum est: si quis litteras vel instrumentum aliquod conscripsisset contra aliquem, oporteret primo quod scriptum deleret antequam reddere posset. Similiter peccata nostra sunt scripta in nostra conscientia. Non ergo sufficit ut deum pro venia petamus nisi peccata nostra in vera contritione deleamus per contritionem, confessionem et satisfactionem. Secundum exemplum: Si aliquis alicui malediceret, non sufficeret esset

quod hoc amplius non faceret nisi de
hiis quibus maledixit penite-
ret et corde detestaretur Sic peccator
quociens mortaliter peccat spiritualiter
loquendo totiens maledicit deo in-
quantum contra eius precepta facit et
ipsum vilipendit Unde ysa 52 Cot-
tidie nomen meum blasphematur
Unde applicando Nomen dei blasphe-
matur per vos inter gentes Longo
siue est ut homo de hiis in quibus
deo maledixit doleat Sed et
culpam suam per contricionem et puram
confessionem recognoscat Iuxta illud
prov 18 Iustus prior accusator est
sui Unde ysa 43 Narra si quid habes
ut iustificeris || Tercio quia sicut
debitor a debito non absoluitur
nisi debitum debitori soluat Sic
peccator a peccato omnino non absoluitur
nisi deo satisfaciat quoniam enim
peccantes sumus debitores sicut
deo cottidie oramus in dominica oracione
dimitte nobis debita nostra Unde etc
Augustinus in libro de penitencia Ad agen-
dam penitenciam non sufficit mores in
melius commutare et a malis factis
recedere nisi et de hiis que facta
sunt satisfaciat deo per penitencie dolo-
rem per humilitatis gemitum per
contriti cordis sacrificium cooperan-
tibus elemosinis Unde Bernhardus Si
vis agere penitenciam punire opera mea
corpus affligere iudicare te ipsum ut
non incidas in manus dei viventis
|| Secundo necessario precepit ut ea impleamus
Eccl 3 Que precepit tibi deus illa co-
gita semper quia absque illis paradisum eter-
ne beatitudinis intrare non valeamus
Math 19 Si vis ad vitam ingredi

serva mandata || Ubi sciendum Quod di-
vina precepta adeo sunt concathenata ut
qui unum transgreditur omnia transgreditur
Catena per unius circulus cathene con-
fringitur et totum quod per eam ligatur dissol-
vitur Sic etiam non quis unum mandatum
transgreditur est tamen ac si plura trans-
grederetur licet in pluribus communiter peccet
Unde Jacobi 2 Si quis totam legem
servaverit offendit autem in uno pec-
cato mortali deum offendit inimicus
dei constituitur Et sic sit reus eter-
naliter condempnatur Non tamen tantam penam
habebit quantum iste qui in multis pre-
ceptis transgreditur || Unde hic queritur
utrum precepta sint levia Respondetur quod dei pre-
cepta aliquibus sunt levia et aliquibus
gravia videntur || Primo levia sunt magis
non caritate habentibus Caritas enim omnia
suffert omnia sustinet Unde Math 11 Iu-
gum enim meum suave est et onus meum
leve Unde 1 Joh 2o Mandata eius gravia
non sunt Unde Bernhardus Omne opus
grave caritas leve esse facit Et ponitur
in exposicione fidei catholice Anathema
sit qui dicit deum aliud nobis pre-
cepisse et hominem illud adimplere non
posse Hec levitate comparatur primi
um quod promittit servantibus precepta dei
Unde ysa 64 Oculus non vidit deus
absque te que preparasti expectantibus
te Unde etc applicando 1 Cor 2o Oculus
non vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit || 2o gravia sunt modica ca-
ritate habentibus de quibus dicitur Math
7 Arta est via que ducit ad vitam
Et ps in psalmo propter verba labiorum
tuorum ego custodivi vias duras || 3o
cogitare debemus cottidie passionem christi
1 Pet 2o Christo in carne passo etc

F

A

nos ea cogitacione cremant tocius omnia
mala Unde Augustinus de verbis apostoli
sermone 81 Hec medicina tamen fuit
qua ducta cogitacio possit Nam quod su-
perbia sanari potest si humilitate fi-
lii dei non sanatur Quod avaricia
sanari potest si paupertate dei non
sanatur quod impietas si non caritate
filii dei // Item sciendum Quod certissimum
signum est quod homo deum diligit cum
passionem eius et mortem et mortem fre-
quenter cogitat Et racio huius est
Quia amor non est nisi quidam mo-
tus amantis in amatum Et ideo amor
cordis horum quiescere non sinit sed
cottidie monet ipsum ut cogitet de a-
mato Unde Math vi Ubi est the-
saurus tuus ibi et cor tuum Unde etc
Bernh Super omnia amabilem te michi
reddit calix iste quem bibisti O bone
ihesu opus nostre redempcionis nichil
allicit blandius nichil exigit instancius
nichil stringit forcius nichil afficit
vehemencius // Quando mortem speciam
quam sprevi quam merita quam amara
sit ut mee vitam nostram vegetat et
peccata exterminet Unde Eccl 41 memoria
[illegible] tua // Unde hic queritur
Utrum homo terminum vite sue statutum
possit excedere vivendo vel citius previ-
re moriendo Respondeo quod utrumque statutum
est a deo quia diu vivere debeat in hoc
seculo vel quo terminum hunc vivere non
potest unum momentum Job 14 Constitu-
isti terminos eius qui preteriri non poterunt
Sed ante hunc terminum possunt anticipari
sive in aqua sive in bestias ruendo sive
veneno vel laqueo vel gladiis aut
undis [illegible] Et intemperancia
sua operibus et moribus potest efficere ut
non solum merito sibi derogare vivere

cum conductum tempus expellatur Et
de hoc habetur exemplum in veteri testamento
Deus eduxit filios Israel de egyp-
to ut daret eis terram promissionis
quod tamen propter peccata sua non sunt adep-
ti Et [illegible] illuc venire debebant
qui fuerunt viginti annorum et ultra
non ingredientur terram egypti inde
certo modo sunt exceptis duobus scilicet
Caleph et Josue // Queritur hic quando
Utrum liceat ab aliquo inquirere quo-
modo vel ut sciret statum suum post mor-
tem // Respondeo Thomas 2a 2e q 95 articulo
quarto Supponendo hoc dicendum in-
dicio et dicendum non quod dubitare
fidei de futuro statu quasi temptando
inquirit Et pia et humilis intencione
non licet videlicet ad subveniendum defunc-
to per suffragia Probatur est quod [illegible]
damnat. [illegible] Impleno naturalis desi-
derii non est peccatum nisi aliquid inor-
dinatum adiungere videlicet in bona
[illegible] sancte desiderat [illegible]
Et [illegible] [illegible] conducibus de
[illegible] statum suum aliquis post mortem
nichil inordinate videtur hec [illegible]
Unde [illegible] 2 Mach 12 [illegible]
est cogitacio pro defunctis exorare
Secundum ante alius doctor addit
quod qui expeteret eciam ut [illegible]
vel vellet de statu illo An videlicet alius
sit an in inferno et quare perdatur
[illegible] peteret quod infidelis foret
Dicit eciam quod istam experienciam non de-
bent facere nisi homines devoti Et il-
los pro quo sunt expetere qui fuerunt in sta-
tu pio devoti et de quibus presumitur
quod sunt salvandi // Et dicit [illegible]
[illegible] apparere [illegible] quod sibi dicit [illegible]
idem doctor quod posito quod defunctus re-
verteretur non esset quis obligatus

credere ea que revelaverit licet etiam
essent vera quia dyabolus sepe in-
miscere solet illusiones quibus sic mo-
tum revelatam aut revelatum con-
stat quoque defunctum esse in purga-
torio quem dyabolus sic dicat esse
in inferno ut per hoc etiam suff-
ragio premetur. Etiam contingere potest
animam esse in purgatorio quam demo-
dixit esse in celo ut etiam per hoc suf-
fragio privetur // Quinto circa distric-
tum iudicium ubi reddes racionem
de cogitacionibus inutilibus incordi-
natis superfluis stultis. Unde de ver-
bis ociosis ait Christus De omni verbo ocio-
so quod locuti sunt homines et cetera. Quanto te-
de verbis nocivis quemadmodum sepe sunt
contra deum et contra proximum sicut iurando
per deum blasphemando maledicendo
detrahendo deridendo verba scur-
rilia et mendosa proferendo. Unde
in operibus malis commissis et de bono
obmissis. Hoc terrens iudicium Iero-
nimus sibi imposuit dicens. Sive co-
medam sive bibam sive dormio sive vi-
gilo semper sonat hec vox in auribus
meis Surgite mortui venite ad
iudicium. Unde et Bernardus. Nulla res
nos ita ab omni peccato conservat im-
munes sicut terror iudicii // Sexto circa
penas inferni ut precaveamus nos ab
ipsis quia sunt amare multiplices et
eterne. Eternum sine fine habent aliqui
essent. Et secundum Bedam in inferno
nulla est redempcio neque dolorum
mitigacio // Septimo circa gaudia
eterna ut ea desideremus et digna
per ea operemur. Unde Ieronimus in epistola Nullus
labor durus nullum tempus longum
videri debet quo gloria eternitatis acqui-
ritur. Unde in psalmo 89 Quoniam mille

anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna.
Unde exemplum de hoc quod labor huius mundi nichil
est comparandum gaudiis eternis. Legitur in vitas
patrum de quodam sancto patre qui suum
corpus inestimabiliter affligebat vigi-
lando orando laborando vigilias et
disciplinas frequentare persistendo. Et
etiam alia bona opera incessanter faciendo
et tam innotesceret ad quem venerunt
fratres et dixerunt pie quare sic omnibus
inestimabiliter corpus tuum et neglectum ad
servicium dei reddis. Quibus ipse respon-
dit O fili hoc facio quia considero quod totus
labor quem per mille annos possem in
hac vita pati pro te domine possem unde
non esset comparabilis uni hore eterne
combustionis et dampnationis vel uni hore gau-
dii beatorum. Apostolus Non sunt condigne pas-
siones huius temporis // Quamvis ad
secundum dicit apostolus Sufficiencia nostra ex
deo est non sicut ... Quia non sumus suf-
ficientes ad bonum operandum. Nam secundum Bernardum
Tria sunt in bono opere primum cogitare
secundum velle tercium perficere. Primum operatur deus
in nobis quia immittendo bonam cogitaci-
onem nos preveniunt. Secundum nobiscum quia immit-
tendo bonam voluntatem nobis sibi per con-
sensum iungit. Tercium per nos facit cum
facultatem operis tribuit. Unde propheta Omnia
opera nostra operatus es in nobis domine Ysaie
26. Sine me nichil potestis facere. Secundo
quia non sufficit ad perseverandum in bono
incepto quia secundum Gregorium Tuto bonum
amittitur nisi a largitore custodiatur.
Notandum quod presumpcio fremitus nimi-
tis est occasio ruine. Ideo peius volunt
ceterorum corruunt qui plerique presumpsit.
Ergo quilibet nostrum debet stare in timo-
re dei etiam quantumcumque perfectus. Unde
Eccl 27 Si non in timore dei tenueris

te instanter subuertetur domus tua
Unde etiam Bernh. In tract. de sep. do-
nis. Tempora sex quidem timoris et
religionis veteri manent ex altera ab al-
tero. Quantum ad quartum ipse dicit
apostolus. Qui et ydoneos nos fecit
ministros noui testamenti. Hic enim
apostolus ostendit excellentiam ministerii
noui testamenti respectu veteris. Tunc
sacerdotes et ministri veteris testamenti
offerebant arietes et thauros et
sanguinem vitulorum et arietum. Sed sa-
cerdotes et ministri noui testamenti
offerunt salutare sacrificium scilicet agnum
immaculatum ihesum cristum et sanguinem
ipsius domini nostri ihesu cristi quem pro
nobis in passione sua fudit et in quo
nos lauit. Apoc. 1º. Lauit nos in
sanguine suo. Ubi sciendum quod sacer-
dos qui est minister noui testamenti est super
omnes angelos in consecrando et sumendo
corpus cristi. Unde inuenimus sacerdos
in mundo potest hoc quod non potest maximus
angelus in celo. Unde Bernh. O vene-
randa dignitas sacerdotum in quorum
manibus dei filius tamquam in utero
virginis incarnatur. Unde Greg. O ve-
nerabilis manuum benediccio. O felix
exercitium ubi sacerdos tractat dei filium.
Unde ex augustino. In consecracione sacre
hostie tota celestis curia sibi sunt et do-
minus celi ad eum descendit. Ymo sa-
cerdos plus est beate virgine in mane
In verbis sermonis supra

ff

Abrahe dicte sunt promissiones
ad Gal. 3. Apostolus ex verbis
salutem nostram sanctis proponit
nobis promissiones Abrahe ut ex
eisdem prouocati consequendas eas
feruentius laboremus. Unde inter gesta
sanctorum. Nunc promissiones eorum
nunc gloria eorum in scriptura nobis
sepius proponitur ut ex eorum consideracione
inflammati ad imitandum eos
ne animus fortius inardescat. Ex-
go dicit Abrahe dicte sunt promissi-
ones quas per hereditatem recipiunt de-
presertim in hiis in quibus promissionis
heredit imitatori. Unde enim filius
qui est semine patris innec sed bona
patris hereditat. Sic etiam isti filii
sed patrum vita et moribus imitari.
Ex persona huius dixit cristus iudeis
qui gloriabantur se esse filios abra-
he. Joh. 8. Si filii abrahe es-
tis opera vero abrahe facite. Unde
in presenti sermone tria sunt dicenda
que tanguntur in epistola presenti. Primo
de operibus et obsequiis abrahe. 2º
quod tria fecerunt honorem deo om-
ni. Tercio aliqua de fide catholi-
ca. Quantum ad primum sciendum est
obsequia que abraham deo exhibuit
in 3bus apparet. Primo abraham
ad deum habuit fidei deuocionem.
Tunc enim tempore pro toto mundus
sola domus et familia sua excep-
erant ydolatre. Ipse in medio natio-
nis praue et peruerse unum deum coluit
et colendum omnibus predicabat. Unde
tradunt hebrei quod caldei quos
cererent eum non adorare ignem quem
ipsi pro deo adorabant et colebant.
Et ille colere recusabat proiecerunt
eum in ignem et ex circam sceni
eius. De quo Gen. xi. moritur
Aram in Ur caldeorum quod interpre-
tatur ignis. Abraham autem mira-
culose a deo liberatus est. Unde Gen.
xv. Ego dominus qui eduxi te de Ur
caldeorum. Et propter fidei deuocionem
promisit ei dominus benediccionem

G

Hec autem benedictio nichil aliud fuit nisi honoris magnificencia dignitatis exaltacio diuiciarumque ampliatio et omnium rerum aliarum que hominem in hac vita presenti faciunt reuerendum. Unde etiam Gen. 12: Magnificabo nomen tuum vehementer. Eris quod benedictus et benedicam benedicentibus tibi. Secundo habuit ad deum spei deuocionem et exceptione de dei promissis nichil omnino hesitans. Nam cum esset sine liberis et iam esset decrepitus et Sara nonagenaria promisit ei deus ut semen suum multiplicare vellet sicut stellas celi ut habetur Gen. 17. In quibus omnibus nil hesitat sed firmiter credidit et sperauit. Unde ad Hebreos 11: Fide credidit Abraham deo sperans eum esse fidelem qui promisit. Et propter hanc spei erectionem promisit ei protectionem dignam quippe fuit ut qui totam spem suam in deum posuit a deo protegi singulari gratia mereretur. Gen. 15: Noli timere Abraham ego protector tuus sum. Unde in psalmo 17: protector omnium sperancium in se. Unde etiam 2o: Deus protector est omnibus confidentibus se in veritate. Tercio habuit ad deum veram obedienciam quia in omnibus que mandauerat ei deus promptissime obediuit. Unde primo obediuit ei in terre egressione sua precepit ei dicens: Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et veni in terram quam monstrauero tibi. Et statim reliquit patriam suam propter obedienciam. Secundo in proprie carnis vulneratione circumcisionis precepit ei Gen. 17: Circumcidetur ex vobis omne masculinum. Tercio in filii oblatione Gen. 22: Temptauit deus Abraham et dixit ad eum: Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac et cetera. Et commendatur in obediencia eius in promptitudine. Tercio mane de nocte surrexit et omnia que iniuncta fuerant preparauit. Quarto in constancia et perseuerancia. Quinto per triduum deduxit filium ad immolandum. Nec minuit propositum sed semper paratus fuit adimplere illud mandatum. Magna enim obediencia fuit in concepcione a parte et cogitacione mentis in continuacione operis susceptione maxima in filii immolatione quem vtique ex obediencia occidisset et deo immolasset nisi angelus domini eum prohibuisset dicens ei: Ne extendas manum tuam in puerum. Unde hec quarta vere obediencia est maxima virtutum. Nam dicit Thomas 2a 2e q. 104 ar. 3o quod excellit omnes virtutes morales. Et hoc sic probatur: illa virtus est maxima per quam homo omnia dimittit propter deum. Sed per veram obedienciam omnia dimittuntur propter deum. Igitur obediencia est maxima virtutum. Unde Petrus dixit Mat. 19: Ecce nos reliquimus omnia. Item Actuum 5: Oportet deo plus obedire quam hominibus. Secundo probatur virtus est circa difficile secundum Aristotelem libro 2o Ethicorum qui dicit virtus est de bono difficili. Sed obediencia hoc patet. Quam difficile est seruare in iuventute castitatem, inter epulas abstinenciam, in aduersitatibus paciencia, in diuiciis humilitatem. Cuius modo in vera obediencia homo frangit propriam voluntatem quia obedit deo in preceptis eius, sicut ieiunando, festa celebrando, missas et sermones audiendo. Et ista voluntaria obediencia est maior sacrificio. Unde apostolus: melius est obediencia quam victima. Unde dicitur in decretis: voluntatem propriam alteri subicere propter deum et proprium sacrificium. 8 q. 1 stipendium. Tercio probatur quod obediencia est maxima virtutum per bonum effectum. Sicut in moribus obediencia sola virtus est que virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit. Quantum ad ram prorsus dicat hic apostolus deus unus est. Unde videmus ad sensum quod sponsa copulata uno dilecto illud solum omnibus aliis preponit. Cum autem omnes fideles cum uno domino nostro Ihesu Christo sint copulati et desponsati illi soli uniri debemus. Ergo recte apostolus dicit deus unus est. Tercia quod verbum apostoli ad nostram doctrinam est sciendum. 3

Quod tercia faciunt hominem deo uniri. Primum est ratio voluntatis ordinate. Nos videmus ad sensum quod aliquando due sunt bene ordinata et coniuncta sicut patet in duobus lignis per carpentarium apte coniunctis cum duo talia bene sunt unita. Consimiliter voluntas nostra dicitur bene ordinata quando ad hoc se humiliat ad quod est ordinata ut suo creatori se subiciat et se sue voluntati conformet. Et quando voluntas hominis isto modo est ordinata tunc fit unio inter deum et hominem per spiritum hominis. Iuxta illud apostoli: Qui adheret deo fit unus spiritus in eo. Super quo verbo dicit Augustinus: Per voluntatem dei finem unus spiritus est cum sponso domino. Unde hic queritur utrum homo teneatur voluntatem conformare voluntati divine in volito. Respondet Thomas 2e q. 19 d. Quod tenemur conformare formaliter scilicet quod homo velit in genere iusticiam dei et ordinem nature conservare sed materialiter conformare non tenemur ut in morte patris vel uxoris vel propinqui et huiusmodi. Secundum quod facit hominem deo uniri est amoris copulatio quod fit per ignem amoris. Nos videmus ad sensum quod ignis aer in quo agit sibi unit sicut ferrum ignitum et ignis unitur. Consimiliter amor nichil aliud est quam unio et nexus inter duorum scilicet amantis et amati. Unde qui vult deo uniri debet deum veraciter amare. Nam ex eo quod sic deo unitur quod in ardentissimum amorem totaliter transformatur in deum sicut ferrum ignitum totaliter transformatur in ignem. Unde Augustinus: Talis est unusquisque qualis est sua dilectio. Si inquit terram diligis terra es. Si celum diligis ipsum es. Si deum diligis deus es. Unde psalmus: Ego dixi dii estis. Tercium quod facit hominem uniri deo est celestis panis manducatio. Nos videmus ad sensum quod manducatio quod pane vel a quocumque alio cibo cum cibato unum efficitur. Ita a simili panis celestis qui est panis angelorum inter omnia sumenti unitur est. Nam perfectissimam unionem facit anime ad deum. Unde dictum est de beato Augustino: Nec tu me mutabis in te sed mutaberis in me. Et quicquid potest deus anime conferre in hac vita hoc confert ei qui se digne preparat ad huiusmodi sacram susceptionem. Unde apostolus: Cum illo omnia nobis donavit. Unde Augustinus: Cum corpus manducatur vita manducatur. Unde Ioh. 6: Qui manducat me et ipse vivet propter me. Circa tercium ad 3m dicit apostolus promissio ex fide Ihesu Christi datur credentibus. Quod certo sciendum quod lumen fidei facit nos cognoscere deum quod facit nos assentire illis que naturaliter scire non possumus. Unde credimus quod virgo concepit et peperit et post partum virgo permansit. Et quod deus homo factus est. Et quod sub una hostia parva sit tam magnum corpus sicut pependit in cruce. Illud excedit omnem sensum humanum et non potest apprehendi nisi per fidem. Unde Gregorius in omelia

Fides est earum rerum que apparere
non possunt que etiam appareant fide
non habentur sed agnoscuntur Hec fides
habet meritum ubi humana racio prebet ex-
perimentum Unde in decretis Fides non
comprehendit que scit supra racio-
nem 2 q 1 Non habet Notandum est
ut dicit Ja. halkot super libro Sapien-
tie Quod lumen naturale intellige-
re potest hominem ducere ad deum Et
probat hoc de cornelio ut habetur actuum
x Cui deus non dimisit decadere
finaliter sed misit beatum petrum apos-
tolum ad eum ut eum informaret Et
dicit idem halkoth Quod quamvis ab-
utatur intellectu et affectu i. eleva-
ret intellectum et affectum in deum quod
illa duo non essent ligata viciis
Tunc tali lumine naturali duceretur
homo quodammodo ad deum Et tamen hec
est ex gracia que est gratis et quos
omnes convertit Unde dicitur quod
Re. thomas 2a 2e q 10 ar 3 in corpore Et
racio est quia peccatum formaliter
et taliter stat in aversione a deo
Iuxta illud ysa 59 Iniquitates vestre
diviserunt inter vos et deum vestrum
Sed per infidelitatem homo magis elon-
gatur a deo quam per aliquod aliud
peccatum Ergo infidelitas est maximum
peccatorum et per quod inducit mortem
eternam marci ult Qui vero non cre-
diderit condempnabitur Et racio quia
peccatum infidelitatis citius causat
mortem quia nunquam dimittitur aliquod
peccatum alicui nisi habeat fidem Et
sine ea non dimittitur condempnatur
Ergo peccatum infidelitatis magis
inducit mortem eternam Joh 3 Qui
non credit iam iudicatus est Unde
dicitur quod que infidelitas sit ma-
ximus peccatum Re. thomas 2a 2e q 10 ar 6 Et
hereticorum qui persistunt quia fidem evange-
licam et eam corrumpunt peiores sunt pec-
cato quam iudei qui nunquam fidem sus-
ceperunt Et iudei quam susceperunt figu-
ram eius in veteri testamento quam male in-
terpretantes corrumpunt peiores sunt peccato
quam gentiles quia nullomodo fidem evan-
gelii susceperunt // 2o queritur utrum pe-
ius sit communicare cum infidelibus Re.
thomas Quod firmi in fide sunt ita quod possunt
eorum communicare cum infidelibus fortes
magis illaqueantur quia homines simplices
non sunt prohibendi communicare cum infi-
delibus Simplices autem et infirmi
prohibendi sunt ne sine magno nocumento
eis evenirent // Tercio queritur
utrum iudei et ceteri infideles compel-
lendi sint ad fidem recipiendam Re.
quod non sunt compelli ad fidem a spiri-
talibus sed potius inducendi auctoritatibus
scripture racionibus et dulcibus ver-
bis Nam coacta servicia non placent
deo dist 45 c Omnia sincera // Quarto
queritur utrum liceat pueros iudeorum
et ceterorum infidelium ad fidem
suscipiendam Re. secundum Ray Infide-
les trahi possunt ad fidem promissionibus
et muneribus dist 33 q 1 Et addit
hostiensis Quod non ideo danda sunt mu-
nera propter fidem recipiendam ex pacto
Sed si vellet baptizari et timeret pau-
pertatem inter christianos posset ei dari
vel promitti Sic posset christianus
infideli dare non propter fidem recipiendam
sed propter benivolentiam captandam ut sic
eum facilius lucrari posset // Quinto queritur
utrum pueri iudeorum et ceterorum infide-
lium compellendi sint ad fidem recipi-
endam invitis parentibus // Re. quod non

dum ad fidem compelli non licet. Sed quando ad annos discretionis pervenerint post fidem receptam etiam inviti compellendi sunt. Sed tamen in articulo mortis hoc faceret credo quod non peccaret.

D q. Secundo quaeritur utrum christianus teneatur sub praecepto quandoque subire martirium propter fidem.

r.o Respondet sanctus thomas quod christianus debet hoc citius pati ut potius permitteret se occidi quam quod christum et fidem negaret vel mortaliter peccaret. Et etiam relinquere propria temporalia bona tradit sub praecepto quia alias christianus debet esse paratus magis sustinere rapinam omnium bonorum suorum quam quod christum negaret vel etiam mortaliter peccaret. Et ratio est quia quilibet christianus tenetur deum plus diligere quam se ipsum. Negare autem fidem aut mortaliter peccare est facere contra deum. Perdere autem est aliquid pati contra se ipsum. Unde caritas dei hoc requirit ut quilibet christianus potius deberet quamlibet penam sustinere quam fidem negare vel alias mortaliter peccare. Sed non specialiter se offerre ad hanc penam vel cetera non tenetur. Tunc enim stulte faceret si quis se ipsum vel aliud huius modo penis persecutoribus sollicitaret. Sufficit enim in genere et hoc habere bonum propositum et sperare in dei gratiam quod bene actum esset si necessitas adveniret. In necessitatis articulo multi etiam compulsi in fide recepta sunt domino assistente auxilio martirium audacissime tolleravisse.

q. Tertio quaeritur utrum expediat homini inpulsionem se sponte subire martirio.

r.o Respondetur. Est enim ius quibus dominus sit in mortis hora minime est. Et tales in magna multitudine reperiuntur fidem negasse. Unde pe

Eusebius libro vii Ecclesiasticae historiae et 3 ultimo non egemus. Quidam sacerdos catholicus approbans fidem catholicam esse veram ab hereticis non est lesus. Erat quidam devotus sacerdos qui quendam doctorem manicheorum invenit seducentem populum simplicem. Sed quia erat versutus nimis et concludere eum verbis non poterat, omnibus audientibus dixit: Ignem plenum in medio plateae. Et nos ambo intremus in flammam. Et cuius nostrum non fuerit combustus huius fides vera esse credatur. Quod cum dixisset ille devotus, valde placuit populo et grandis ignis accenditur. Tunc sacerdos apprehendit hereticum, cepit eum secum trahere ad ignem. Non inquit ita sed unusquisque singulariter ingrediatur. Primus tu in deo intrare quia hoc ipsum proposuisti. Et sacerdos in nomine Christi consignans se ipsum in medias flammas ingressus. Ignis vero huc et illuc diffugit et stetit ille in medio ignis in nomine domini et in nullo penitus lesus. Videntes autem populi expaverunt et ingenti admiratione clamavit. Et omnis populus benedixit deum dicentes mirabilis deus in sanctis suis. Ceperunt ergo perurgere hereticum ut et ipse introiret ignem. At ille reluctans cepit et subtrahere se. Tunc comprehendentes eum turbe miserunt eum in medio ignis. Et statim circumdans eum flamma atque urens semiustum reddidit. Et illud quidem hereticum populus cum confusione de urbe eiecit et dicens omnis quod erat seductor. Illud vero approbantes sem et benedicentes dominum ad ecclesiam in honore predictorum. Et sic recepti cum fuerunt letati et heretica ad fugi

Spiritu ambulate Gal. 5. In epistola hodierna apostolus invitat nos ad vitam spiritualem dissuadens vitam carnalem. Ergo dicit hic in principio epistole: Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. In presenti sermone quatuor sunt videnda que tanguntur in presenti epistola. Primo de perfectione spirituali et de restitutione rerum iniustarum. Secundo de peccatis notabilibus. Tertio de virtutibus. Quarto de illis qui Christi sunt et per quid sciuntur tales agnoscantur. Quantum ad primum sciendum: quantum ad perfectionem spiritualem duo requiruntur. Primo quod homo sit levis ad contemptum mundanorum. Nos videmus ad sensum: cum homo volens progredi magnum pondus ipsum deprimens solet deponere et alleviare se in cursu suo. Consimiliter amor rerum terrenarum deprimit animam ne in vita spirituali proficiat. Ideo necesse est ad hoc ut homo possit proficere contempnat terrena. Terrena contempta ipsum alleviant ut proficere possit. Unde Jeronimus: Cum mecum omnes divitiarum abstulit me ad currendum nunquam expedit. Ideo difficile est habenti multas divitias in spirituali vita proficere. Et per consequens etiam regnum celorum intrare. Hic est quod difficile est in confidentes in pecuniis regnum dei intrare. Et iterum Christus dicit Math. 19: Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare regnum celorum. Ergo impossibile est divitem intrare regnum celorum. Respondeo: illud verbum Christi non est intelligendum de omnibus divitibus, quia David, Abraham et Jacob pro filiorum Israel et plures alii in veteri testamento divites fuerunt et tamen salvati sunt. Sicut etiam in novo testamento sanctus Henricus imperator, Ludowicus rex Francie, Wenceslaus rex Bohemie. Et multi alii qui divitias habuerunt et tamen salvati sunt et regnum dei possederunt. Sed dicendum de quibus divitibus hic loquitur Christus. Respondeo de illis divitibus qui hic epulose vivunt secundum corpus et res suas iniuste acquisitas superflue et male expendunt superbiendo, inebriando, luxuriando, ludendo taxillis. Et etiam illi divites qui nimis amant divitias et pauperibus non subveniunt. Exemplum de divite epuloso Luce 16, qui induebatur purpura et bysso, qui Lazaro mendico micas panis denegavit. Et sequitur quod possidentes iniuste res iniustas quas restituere tenentur. Pro quo sciendum: quatuordecim plures sunt quibus oportet fieri restitutionem propter. Primo virginitate et virginitate privantes. Secundo a religione aliquem indebite retrahentes. Tertio vel in fama ledentes. Quarto membra mutilantes vel vulnerantes. Quinto furtum vel rapinam vel usuram aliena accipientes. Sexto dampna per se in agris, in pratis et in ortis inferentes. Septimo mensuras dolose exercentes. Octavo ad terminum plus quam pro prompta pecunia vendentes. Nono alienarum rerum mala fide emptores. Decimo mechanici sua artificia dolose vel sic vilia tegentes et vilia sic pro bono

vendentes // 11º uxores mariti in-
iuste subtrahentes. Et proprie adulte-
rium de alieno nutrientes // 12º famu-
li et famule dominis suis infideliter
servientes // 13º mercedem laboratibus
debitam retardantes // 14º mutuum com-
modatum non restituentes // 15º dona a iudices
recipientes // 16to mercia mala pro
vere pro bono vendentes // 17º Bella et
gwerras iniustas moventes // 18 cle-
ri et religiosi bona eorum male expen-
dentes // 19 Ablatores et denarios de-
bitos non solventes // 20 debita non sol-
ventes. Et eciam dampnum quecumque
inferunt per detentionem aliene rei non
recompensantes. Et plura multa que
omnibus et singularibus distinctio-
nibus indigent patet in summis doc-
torum et species. Et eciam in 4º sentencia-
rum dis. 15. Et quod restitucio sit secundum possibilitatem
et integre et ipse propter se stare vel
heredibus eius dum se nescitur in pros-
perus convertitur. Et si est manifes-
tum tunc per se personam restituat. Si vero
occultum tunc etiam in occulto per confes-
sorem fiet restitucio. Causa est auctoritas
secundum Augustinum. Et etiam allegatur in decretis
non dimittitur peccatum nisi restituatur ab-
latum dis. 14 q. 6. Canalis // Secundo ad hoc
quod homo in vita spirituali proficiat est
amor dei. Quia cum diligit deum semper
proficit in bono et nunquam tepes-
cunt. Unde Bernhardus. O bone Ihesu nun-
quam est amor tuus ociosus qui te
diligunt non tepescunt. Nam sicut quis
agit calor naturalis in corde hominis hoc
agit amor dei in anima. Sed non vide-
mus quod calor naturalis in corde quiescat
ipsum cor non sinunt quiescere hoc maxi-
me in sompno apparet. Causa te-
rcia medica corpora quiescunt

et non movent pulsus arterie quod
plenum est calore nullo tempore
in tota vita hominis quiescit. Sic et
amor divinus cum sit quidam calor na-
turalis nunquam sinit ipsum quiescere
sed movet ipsam animam ad operandum
bona opera. Unde Augustinus Nunquam est
amor dei ociosus operatur enim magna
si est. Si autem operari renuit amor
dei non est. Unde hoc est nonum
secundum Albertum in tractatu de virtutibus
argumentum vere vite spiritualis. Quia
unusquisque spiritus tenere penitus domatur
qui tam cito et tantam sentit medi-
cinam spiritualem sicut corporalem. Quia
tam cito studet mederi spiritui quam
corpori quanto dignior est quam
corpus // Decimum argumentum
vere vite spiritualis est. Quia tam delec-
tatur in cibis spiritualibus quam corporali-
bus. Et tam morte negligit aliquis
homo cibum spiritualem sicut corporalem.
Et tamen se cogit ad cibos spirituales
cum non appetit sicut infirmus se cogit
ad corporales cum eos fastidit // Tercium
est. Si tam paratus est in omnibus obe-
dire spirituali medico pro sanitate anime
sicut carnali medico pro sanitate cor-
poris. Si tam studet acquirere et
multiplicare et conservare et volunt
expendere dona spiritualia sicut secula-
res bona temporalia. Et tanto ma-
gis diligens est de spiritu quam de
corpore quanto dignius est spiritus cor-
pore. De hiis dicit appostolus. Qui
secundum carnem sunt sapiunt qui vero secundum
spiritum sunt que spiritus sunt sapiunt //
Duodecimum ad secundum dicit hic appostolus
Manifesta autem sunt opera carnis que
sunt fornicatio inmundicia impudi-
cicia luxuria vero similia preter illa

R

C

epistole cum ait apostolus peccata que sunt peccata mortalia. Ea qui talia agunt regnum dei non consequentur. Pro quo sciendum quod peccatum mortale quatuor modis committitur. // Primo quod scit se facere contra preceptum dei et contra preceptum prelati vel ecclesie vel aliquod unum de septem viciis mortalibus vel contra votum emissum. Et in hoc ignorancia non excusat hominem iuxta canones habetur unde Augustinus de libero arbitrio. Ideo divina precepta data sunt ut excusatio de ignorancia non habeatur. // 2º committitur peccatum mortale propter conscienciam erroneam ut cum quis aliquid quod non est contra preceptum dei nec ecclesie nec unum de septem viciis mortalibus, sed conscientia propria dissentiente sibi indicat hoc esse peccatum mortale. Et si propter hoc facit peccat mortaliter. Et talis conscientia est valde periculosa. Ita tales faciunt sibi peccata et illa faciunt se periculose et hoc fit instigante dyabolo qui non potest eos in peccata manifesta inducere sed in laqueos incidat in gulam ad. Tunc sic ducit eos in perplexitatem peccandi. Unde in decretis. Et est auctoritas sancti Augustini. Quandoque fit conscientia edificat ad ihehennam 28 q. 1 c. Ex his. // Sed tamen sciendum quod conscientia dicitur quando quis non dubitat sed certitudinaliter. Et differentie tenet dubium quoniam sperat quod sit licitum. Et tamen conscientie non semper est peccatum nec vituperandus nisi sit [illegible]. Unde Gregorius bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi nulla culpa est. // Tertio committitur peccatum mortale quando quis plus diligit vel timet creaturam quam creatorem. Sicut cum plus diligit uxorem propriam vel parentes vel temporalia vel honorem vel pulchritudinem vel vestes quam deum. Et ideo facit creaturam deum suum. Unde Augustinus hoc ab homine colitur quod preceteris diligitur. Et sic qui sic preponit creaturam creatori peccat mortaliter. Ideo quia facit contra preceptum caritatis in quo precipitur deum diligere super omnia. // Notandum quod quilibet de necessitate salvandorum sit debet deum diligere super omnia quod postponere debet omnia temporalia potius sustinere mortem sustinere quam deum suum uno peccato mortali offendere. Unde apostolus Quis nos separabit a caritate dei An tribulatio an angustia etc. // Quarto committitur peccatum mortale quod actus peccati venialis ordinatur in finem peccati mortalis. Verbi gratia Verbum otiosum in se est peccatum veniale sed si loquor verbum otiosum cum muliere vel virgine eam inducere ut possim eam allicere ad peccandum. Tunc illud verbum erit modo peccatum mortale. Non quod verbum otiosum in se sit peccatum mortale sed refero in illum finem qui finis est in se peccatum mortale. Et propter intentionem perversam erit mortale quod alius qui simpliciter verbum in ioco esset locutus esset peccatum veniale. Tale est de tactu et visu quod fiunt mala intentione causa alliciendi essent peccata mortalia. Et sic consimilia. Unde in decretis intentiones de pen. dis. 1 c. enim. // Quinto ad quem dicit hic apostolus Fructus enim spiritus caritas gaudium pax paciencia benignitas fides etc. Sic igitur patet quod apostolus enumerat multiplices virtutes que sunt opera spiritus sancti. Unde sciendum quod deus operatur in nobis omnem virtutem. Nulla enim virtus est quin sit a deo et operacio dei in homine. Ita virtutes sunt tam nobiles et preciose quod propriis laboribus eas acquirere non possumus. Sed solus deus eas operatur in nobis. Gal. v. Cum exhibuit nobis spiritum operatur virtutes in nobis. Unde etiam Augustinus: Virtus tam nobilis est ut nullus eam nisi solus deus in homine operetur.

Item sciendum quod licet virtutes a nobis non possimus habere, tamen si fecerimus tria deus qui est virtutum dominus nobis exhibet. Primum est viciorum [illegible]. Unde Augustinus in sermone: Nemo non potest habere virtutes nisi contriverit magnum peccatorum. Unde Augustinus de summo bono: Prius vicia extirpanda sunt in homine, deinde inserende virtutes. Secundum est defectuum nostrorum humilis cognicio. Unde Bernardus super cantica: Nemini absque sui cognicione salvari, de qua nimirum mater salutis humilitas oritur. Unde etiam Crisostomus: Magis melius et laudabilius est si te cognoscis quam si te neglecto cursum siderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium cognoscens, et scienciam omnium celestium et terrestrium habeas. Tercium quod virtutibus ad deum fidelis deprecacio. Luce xi. Gracia dicit Seneca in epistola: Nulla possessio, nulla vis auri et argenti plus quam virtus estimanda est. Hec tria si fecerimus virtutes a domino impetrabimus. Et beatus qui [illegible] pro dicto non poteris multiplicabis in anima mea virtute. Gracia nichil prosunt, nichil valent homini, nichil deo accepta. Unde Seneca: de virtutibus nichil melius quam hac vita [illegible] est. Gracia ubi mala expellit bona inducit, hominem deo gratum et acceptum reddit, hoc per probatur. Gracia deus non hominem diligit nisi qui est virtutibus adornatus. Unde Bernardus: Quamdiu nimirum te afflixeris quamdiu tamen te [illegible] non sine copula tibi exhibet qui dominus virtutum dicitur nisi fueris virtutibus adornatus. Nam virtus disponit animam ut a celesti sponso adametur. Gracia sicut pulchre vestes corpus ornant sic virtutes animam decorant, que sunt quasi spirituales vestes ipsius anime. Gracia quia ad Galatas dicit hic apostolus: Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt. Unde sciendum quod secundum Hugonem de sancto Victore aliquis est Christi sive de more vel de mandatorum eius impletore. A Primo omnes homines Christi sunt et hoc iure creacionis. Gracia creatura nostra est creantis. Unde in psalmo xcix: Ipse fecit nos et non ipsi nos. Item iure empcionis sunt omnes homines Christi. Tanti enim precii emit ut mundo solus preponderaret. I Cor. vi. Empti estis enim precio magno. Plus enim tenetur homo pro beneficio redempcionis seu empcionis quam creacionis. Unde Bernardus: Super omnia amabilem te michi reddit calix quem bibisti, opus nostre redempcionis. Illud allicit blandius, nichil exigit iustius, nichil stringit forcius, nichil afficit vehemencius. Tercio iure mandatorum eius impletorum. Et

illo modo sumendo hec panni ho-
mines xpi sunt. Tercia panni se-
nant precepta. Et plures eciam in-
ducunt in carnem quod totus mundus in
maligno positus est et panni sunt
fideles et veraces. Unde in eccl(esiast)o
ci Dimidie sunt civitates a filiis
hominum. Unde aug 20 capitulorum. Ho-
mines et plures sunt mali in panni-
oribus enim boni. Et lapides pri-
osi pauciores sunt lapidibus quibus-
dam vilis pretiosus vel infimis
quibus. Sic enim unus homo bonus
prevalet mille malis. Eccl(esiastic)i 16
melius est unus timens deum quam
B mille filii impii. Et quanto panni-
ores sunt tanto gloriosius est et
de numero illorum qui sunt de parte xpi.
Notandum est hic quod 4 quibus sunt
signa designata per quibus volue-
ra xpi vitam quis sit de parte xpi
vel de parte dyaboli. Primum est humi- 1
litas unde glosa super illud Job 41
Ipse est rex super omnes filios super-
bie. Iste est tytulus dyaboli.
Sed humilitas xpi. Tercio signo
utriusque cuiusque cognoscitur. Unde Gregorius
Evidentissimum signum reproborum est
superbia. Electorum vero humilitas quia
ergo utriusque hec cognoscitur sub
quo milite inveniuntur. Solet enim
homines multum timere quando aliquis cer-
tum signum temporalis mortis in se vide-
runt. Nec minus non ipse corpus mor-
te apprehensiste sive sensualitate mi-
nus timeret. Tercia cepit ihesus
panem et cetera. Secundum ergo dici-
tur superbi quod evidentissimum signum
mortis in se cognoscunt. Secundum 2
est quod xpus docet nos Joh 8

Qui ex deo est verbum dei audit
propterea vos non auditis quia ex deo non
estis. Tercium signum est fraterna dilec- 3
tio Joh 13 In hoc cognoscent homines
quod mei estis discipuli si dilectionem ha-
bueritis ad invicem. Et sicut dilectio fra-
terna est signum quod aliquis sit de
parte xpi. Sic econtra odium est signum quod
quis est de parte dyaboli. Non sunt similes
illorum qui sunt contraria volunt hec in
se sed dum amare volunt amicos et bene-
factores suos et odire inimicos quod
eis malum optant quorum aliud est
signum dyaboli. Aliquod xpi quo quis
posset duobus dominis servire. Iterum quomodo
homines habeant odium inter se non tamen oc-
cul diligit suum proximum. Quartum signum 4
est misericordia quo signo discernet
dominus ihesus bonos et reprobos in die
iudicii ut habetur Mt 25 quod dicet
bonis Venite benedicti. Reprobis vero
Ite maledicti. Quintum signum est cas-
tigatio corporis. Unde de illo signo
dicit apostolus Qui xpi sunt carnem
suam crucifixerunt. Econtrario signum dyaboli habent
qui in voluptatibus carnis vivunt
De quibus dicit apostolus Qui seminat in car- C
nem metet corruptionem. Unde Bernardus
Qui carnalibus voluptatibus pascitur
eternarum deliciarum epulis indignus
habetur. Unde nonum Quod dominus me
ihesus corpus totum suum commendavit Joh
19 Famulans sibi venire consuevit in
lectum suum. Et vult suos electos eum
sequi portando crucem propriam per ihesum
Mt 10 Qui non accipit crucem suam et
sequitur me non est me dignus. Sim-
pliciter cognatum non xpo nec eciam pa-
ti debemus cum xpo. Unde apostolus Si com-
patimur et conregnabimus. Unde

Gregorius. Si enim illic dulcia appetimus necesse est ut hic amara tolleremus. Ergo quilibet debet hic confugere contra presens tempus. Unde Bernhardus. Christus qui non fallit neque fallitur elegit quod carni molestius est. Illud ergo utique illud est magis eligendum. Et quisquis aliud docet aut suadet ab eo tamquam a seductore cavendum est. Unde est Iohannes. Ille proclamans et qui se factis christianum ostendit. Ambulare sicut ille ambulavit a quo nomen concepit. Unde etiam Augustinus de vera religione. Quidquid Christus gessit in terris disciplina morum fuit. Unde est Gregorius. Omnis Christi actio nostra est instructio.

Sermo · 14a · [illegible] vitate ·

Si spiritu vivimus spiritu et ambulemus. Galatas 5. Duo sunt a nobis omnibus sollicite inquirenda scilicet ut vivamus et vivendo proficiamus. Et hec duo tangit hic apostolus dicens. Si spiritu vivimus vita spirituali finis quidem omnis conatus proficiendi vivendi est. Tunc studeamus eadem vita proficere quia non proficere est deficere. Dicit enim Bernhardus nulli esse in eodem statu conceditur. Servo dei aut proficiendum aut deficiendum est. Aut sursum vertitur aut in inferiora mergetur. Ergo dicit hic apostolus. Si spiritu vivimus etc. Unde in presenti sermone quatuor sunt prosequenda que tanguntur in epistola. Primo de triplici vita. 2o de inani gloria. 3o de correctione fraterna. 4o [illegible] de [illegible] vite eterne. Quantum ad primum sciendum quod est triplex vita. Naturalis gratie et glorie qua homini vivere debent in presenti et in futuro. In prima vita datur homini esse. In 2a bene esse. In 3a optime esse. Primam vitam operatur creaturam in corpore mandendo et vivificando ipsum quod ostenditur Job 14 Homo natus de muliere. Item Jacobi 4. Que est vita nostra vapor ad modicum apparens. Item ostenditur in hoc quod vita hominis est brevis et temporalis ut patet in hoc quod est brevissime permanere. Nam comparatur feno. Unde propheta. Omnis caro fenum. Et sicut fenum hodie est et cras in clibanum mittitur. Sic est homo hodie vivit et cras moritur et sepelitur. Item vita mea est tamquam fumus procedens et tamquam navis pertransiens. Item comparatur umbre. Unde dampnati in inferno dicunt illud Sapientie 5. Transierunt omnia illa tamquam umbra. Item vita mea est tamquam ventus. Job 7. Memento mei deus quia ventus est vita mea. Secundam vitam operatur gratia dei in anima proficiens et movens eam ad bona opera. 1 Cor 15. Gratia dei sum id quod sum. Et non quod sentitur quo vivimus invisibiliter et occulte perpetua. Sed per signa corporalis vite cognoscitur. Et ante tria signa que probant vitam corporalem in homine scilicet sensus calor et motus qui in quibus homine fuerint indicta de vita illius hominis penitus non dubitatur. Et hec eadem tria intellecta probant in homine vitam spiritualem. Primo sensus cognitionis spiritualis enim cognoscimus nos ad vitam spiritualem disponendo et preparando. Unde Augustinus petebat dicens. Domine da mihi nosse me et nosse te. Hinc Bernhardus dicit. Homo prudens debet ergo se dare ad investigandum prius defectus et videre ad qualia vitia sit magis inclinatus. Et sic dicit prudentia.

Unde ventus flat ad hanc partem eius pallium est vertendum. Ita dicit beatus Augustinus super psalmos in sermone. Sicut predo dyabolus considerat ad quod omnia plus magis inclinati. Sic et nos contra eadem principaliter eo studio operis expugnare debemus. Unde Augustinus de civitate dei. Dum omnem distinctionem vos ventilat inimicus sive affectus et ibi causas querit nocendi ubi quilibet studet studiosius occupari. Secundo ad vitam spiritualem necessarius est calor dilectionis. Nulla enim vita spiritualis esse potest sine dilectione. Unde Augustinus. Vita autem est amor et qui non amat mortuus est. Tercium est ipsius operacio probans dilectionem. Sicut enim dicit qui deum diligit et mandata eius non servat mendax est. Quia secundum Gregorium probacio dilectionis exhibicio est operis. Unde Bernhardus de consideracione. O bone Ihesu non est amor tuus ociosus qui te diligit non torpescunt. Non est amor tuus reamplexacio sed ecrimus. Hec ergo tria iam dicta ostendunt in homine vitam spiritualem. Tercia vita est ipsa manifesta visio deitatis. Et hanc ostenditur in passione Joh. 17. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum. Et illam eternam quilibet appetere debet. Unde Augustinus. O carne illam vitam amplecti debuisti ubi est vita sine morte lux sine tenebris iuventus sine senectute pax sine discordia voluntas sine iniuria regnum sine commutacione quia non amittitur. Unde Hugo in libro morum. ff Perfectam dulcedinem gaudii non degustat nisi qui ad id ardenti desiderio anhelat. Unde tur ad secundam partem dicit hic apostolus. Non efficiamini inanis glorie cupidi. Ubi sciendum quod duplex est inanis gloria. Prima est que gloriatur in malis operibus quod scilicet letatur cum malefecerit. Omnis talis exultacio fugienda est a quolibet christiano. Unde hic queritur. ·9· Utrum sit peccatum mortale gaudere et iactare se in malis. ·10· Respondetur quod si illud in quo gaudet vel iactat se est mortale. Unde Eccl. 19. Qui gaudet iniquitate denotabitur id est de nota libri vite delebitur quod non fit nisi per peccatum mortale ergo hic. Sicut gaudere in mundo de malis suis sit peccatum mortale ostendit Gregorius in omelia dicens. Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo et illic regnare cum deo. Ex quo patet quod si impius in suis gaudet cum ipso tu hic non debes te iactare nec gaudere de malis quia talis exultacio maligna est. G Et hoc probatur quintupliciter. Primo quia per hoc deus gravius contristatur contra peccatorem quam per aliquod peccatum vel si te fecisses tuus inimicus et graviter offendisses et de hoc exultaret et iactaret se quod hoc fecisset. Secundo quia maria virgo et omnes sancti de hac exultacione contristantur. Quia coram angelis est gaudium super uno peccatore agente penitenciam quod ipse peccatorem contristatur et dolet. Sic vero e contrario qui gaudet in malis suis et iactat se tota curia celorum contristatur. Tercio per hoc erit homo magis dispositus ad contricionem et ad primam et ad veniam consequendam. Quarto quia nichil demonibus est lecius et carius quam talis exultacio. Et nichil dyabolo est magis contrarium quam contricio et displicencia in peccatis. Quinto quia omnibus providetur in futuro et talis exultacio et gaudium vertetur in fletum perpetuum. D Unde Luce 6. Ve vobis qui nunc ridetis quia

flebitis lugebitis vnde Mt 13 Ibi erit fletus
et stridor dencium Vnde etiam Gregorius Perdita
gaudia sed perpetua laudata || Tercia est vana
gloria in bonis operibus sicut quis ieiunat orat
elemosinam tribuit talis illa bona opera perdit et
eterna mercede se privat Vnde in marginali insi-
piens Non possunt sed et per eadem opera fa-
vorem mundi appetere et premium celeste
inde acquirere Vnde Gregorius super moralia Quasi
insipientes qui affectant laudes homi-
num semetipsos dispergunt sentiunt laborem
suorum Vnde qui se ostendit alienis oculis
appetitum dampnationis agit || Vnde hic
queritur Vtrum sit peccatum mortale quod quis se
iactat vel laudem querit in bonis operibus
|| Respondet Hinricus de Schildis sacre theo-
logie doctor Quando principaliter iactancia querit
inanem gloriam quam prefert honori divino
vel sue saluti vel dilectioni proximi tunc
tunc est peccatum mortale Sed si quis se
iactat de pluribus et in eis inanem glori-
am querit non tamen illam prefert honori dei
nec sue saluti vel dilectioni proximi tunc
est veniale Ex hiis patet quod aliquis potest
dampnari etiam pro suis bonis operibus scilicet si pri-
mo et principaliter et finaliter inten-
deret laudem humanam quam preponeret
deo et proprie saluti Exemplum in ewangelio
de phariseo Luce 18 Decimas do
et duos dies in ebdomada ieiunavit
et tamen dampnatus est quia in hiis va-
nam gloriam quesivit et se ipsum iacta-
vit Tercia melior est in malis humi-
lis confessio quam in bonis superba glori-
atio Vnde Bernhardus De septem donis
multo ~~melius~~ melius est esse peccatorem
humilem quam iustum arrogantem Quod
a domino aperte ostenditur ubi publicanum
et phariseum in templum dicit || Quantum

ad 4am partem dicti hic applicatur
Et comparatur sicut homo in ali-
quo vicio Ubi sequitur 4 Secunda di-
lectio et correctio debet procedere cum cari-
tate et cum lenitate Tercia secundum
applicatur Cadens Bernhardus est Vnde etiam
Cantica Mel et lac sub lingua
eius dulcedo verborum per mel et
lac intelligitur debet esse sub lingua
eius qui aliud corripit Vnde in ar-
cha testamenti erat urna cum man-
na Tercia dulcedo debet esse cum cor-
rectione Vnde dicitur in psalmo 89 Quoniam
supervenit mansuetudo et corripiemur
Seneca prima ante suum vina cor-
porum leniter tractanda sunt Vnde
psalmo 140 Corripiet me iustus in mi-
sericordia etc Non enim quis debet
despicere proximum suum Vnde Ecclesiastici 8 Ne
despicias hominem avertentem se a pecca-
to ne improperes ei Memento quod omnes
in correptione sumus Vnde hic queritur
Quando obmissio fraterne correctionis sit
peccatum mortale Et quando veniale
et quando non || Respondet Thomas secunda 2e q 33
4 2a contingit fraterne correctio-
nem obmittere Primo cum sine
peccato et etiam meritorie Vnde quando quis
oportunum tempus inquirit vel quia
ipsum metuit ne deteriores fiant
vel ad bonam vitam alios impediunt
Aut quia aliquod malum quod habet sequitur
ut forte prodet me vel etiam com-
pet contra bonum commune || Secundo obmitti-
tur cum peccato veniali scilicet quando timor et
cupiditas faciunt tardiorem ad cor-
rigendum delictum fratris Non tamen
ita quod si constaret ei quod fratrem posset
a peccato retrahere dimitteret propter timo-
rem et cupiditatem qui in animo

proponit caritatem. Ut dicit Aug(ustinus) li(bro) 3o contingit correctionem fraternam obmitti cum peccato mortali, ut cum quis delinquentes omiserit et ei oportunum tempus corripiendi et speratur eius emendacio nec timetur aliquod aliud malum peyus inde proveniens. Et non est aliquis prius cui ex officio incumbit corrigere, vel si est prius et negligens est. Et sicut quis huiusmodi delinquentem obmittit corrigere forte propter timorem humanum aut mundanum vel videtur peccare mortaliter. Tercia ergo species emendacionem fratris et obmittit corrigere propter timorem tunc corripiunt dominum proprium et timore illud videtur preponere fraterne caritati et saluti proximi non tamen sine admonicione caritatis cum proximi plus sit diligenda quam corpus proprium. Homo et Elemosina corporali. Videns hominem famescentem qui non habet unde se sustentare potest quod pascatur nec apparet alius illud faciens nec potens facere. Ego teneor talem secundum meam possibilitatem nutrire quod si neglego peccato mortali et eius occisionis reus reputor. Sic si videro proximum tendentem ad peccatum mortale per quod moritur in anima. Et spero ipsum posse corrigi per admonicionem meam. Et non est verisimile quod sequatur alia peyor nec est alius qui eum corrigat teneor ex precepto multo plus subvenire anime ne pereat quam corpori in tanto procedenti. Vel eciam si sciret aliquem in peccato mortali habentem spem quod emendaretur ad correctionem meam nec timeretur aliquid peyus secuturum. Et non est michi verisimile quod per alium corrigatur aut

quod si per ipsum emendaretur sed quod verisimile nisi sic in peccato moriatur. Tunc ex precepto teneor ipsum corrigere ne anima moriatur eternaliter. Sic p(atet) i(n) vitis p(atrum). Exemplum quod dulcis fraterna correctio confert multum. Quodam tempore abbas Macharius dum ad montem Nitrie ascenderet discipulo suo ut paulo precederet imperavit. Qui cum ante illum pergeret obviavit cuidam sacerdoti ydolorum cursim venienti et lignum grande portanti. Cui exclamans ait: Quo curris demon? At ille iratus tantas plagas ei intulit ut exanimem pene relinqueret. Et elevato eo sacerdos ydolorum iterum currebat. Progressus autem paululum obviavit beato Machario qui ait ad eum: Salvus sis laborator salvus. At ille admiratus respondit: Quid in me bonum conspexisti ut me ita salutes? Cui senex ait: Ego vidi te laborantem et currere ignoranter. Cum sacerdos dixit: Et ego ex salutacione tua compunctus intellexi magnum dei te servum esse. Verum alius monachus quidam malignus michi obvians convicia iniurias fecit et ego illi plagas pro verbis imposui. Tunc tenens pedes Macharii postulabat dicens: Nisi me monachum feceris non desistam. Pergentes autem pariter venerunt ad locum in quo vero frater sauciatus iacebat. Tunc vero tollentes quem viderunt non manibus in ecclesiam pertulerunt. Cum autem ceteri fratres vidissent sacerdotem illum beatum Macharium comitantem et stupefacti monachum eum ad monachicam perduxerunt ac multi per illud quod paganus fuit se Christianum. Dicebat autem abbas Macharius: Quia et sermo superbus et malus eciam bonos vicios conducit in malum. Sermo vero humilis et bonus etiam bonos movet in melius. Hec in vitaspatrum. Tertio ad quartam partem dicit hic apostolus: Dum tempus habemus operemur bonum ubi supra. Et quilibet christianus diligenter debet operari bona opera in presenti tempore. Tum quia post hanc vitam non est tempus amplius operandi et merendi et seminandi sed et fructus colligendi. Et ideo unusquisque debet fructum bonorum operum in hac vita seminare, quia secundum apostolum: Que enim homo seminat hec et metet. Tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Unde Augustinus: Inutiliter hoc in tempore vivitur nisi ad acquirendum meritum laboretur quo in eternitate remuneretur. Et ergo qui vult ad eternam gloriam pervenire debet in ista vita in bonis operibus laborare que sunt augmenta meritorum. Videmus enim in rerum natura quod quelibet creatura facit opus sibi a creatore institutum sine intermissione. Sol videlicet luna et cetere stelle firmamenti que cottidie ista inferiora illuminant et in eis suam virtutem influunt ad quod a deo sunt creata. Nam arbores et herbe et flosculi tempore suo pullulant flores et postea fructus proferunt et opus sibi a deo implent. Cum ergo deus hominem ad hoc creavit ut per bona opera eterna gaudia acquirat, ideo sine intermissione debet opera bona facere ne illud negligat bonum ad quod creatus est. Unde Eccl. Exerce te in omni. Cum dispendenda bona temporis fomenta in tedium mittis. Cum vero opera terrena ... primum habere studes. Cum autem ad

C

perfectum boni operis recessisse ad superna pervenientium cum in eiusdem boni operis perfectione solidatum. Iam plenum sementum in sporta perfecit. Unde ecc. ... unusquisque pro operibus suis mercedem accipiet. Nam deus omnipotens pro bonitate sua omnia opera nostra que facimus quamvis sint parva sive magna, et omnia mala que patimur pariter sive parva sive magna plenissime remunerabit in vita eterna. Hoc sic probatur. Quia merces sanctorum tam magna est quod non potest mensurari. Tam multa quod non potest numerari. Tam copiosa quod non potest finiri. Tam preciosa quod non potest estimari. Gaudebunt enim sancti supra se de clara visione dei, infra se de celi et omni creature pulchritudine, intra se de anime et corporis glorificatione, iuxta se de angelorum et hominum consortio. Gaudebit enim unusquisque de bono alterius tamquam de proprio suo bono. Unde magister sententiarum li. 4° di. 49: Per caritatem que in singulis erit perfecta tantum quisque gaudebit de alterius bono quantum gauderet si haberet in semetipso. Ex iam dictis patet quod quilibet libenter debet sibi subtrahere delicias corporis et alia gaudia huius mundi propter regnum celorum. Unde Augustinus de li. arbi.: Tanta est pulchritudo iusticie, tanta est iocunditas lucis eterne, ut etiam si non liceret in ea amplius manere quam unius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni deliciis et etiam fluencia temporalium bonorum recte merito contempnerentur. Immo non solum libenter contempnere delicias tenemur sed

M

etiam libenter pati omnia mala huius mundi propter gaudia celi Unde Actuum 14 continue tribulationes oportet nos tribulationes sufferre sed etiam ideo enim parvo tempore tollerare pro eo quod Christum videre possemus in gloria venientem Et sanctorum omnis mundus apparentia illo erat digne pati omne quod erat esse ut tanti boni tanteque glorie compotes haberetur Unde Iacobus in epistola Nullus labor durus nullum tempus longum videri debet quo gloria eternitatis acquiritur Ubi aliqui questiones Primo utrum aliqua opera homini adhuc per beatitudinem consequantur a deo Respondet thomas 2a 2e q 4 ar 11 quod Ad hominis consecucionem beatitudinis multi motus et motibus operacionum que dicuntur merita requiruntur bonorum hominum Unde leo papa Non dimensionibus pervenitur regnum celorum Nec ocio et desidia torpentibus beatitudo eternitatis ingeritur Unde etiam secundum philosophum Beatitudo est premium virtuosarum operacionum 2o hic queritur de pueris baptizatis qui nulla opera bona fecerunt si tamen salvantur Respondet thomas quod pueri baptizati consequuntur meritum Christi ad beatitudinem consequendam licet eis desint merita propria quia eo quod per baptismum sunt Christi membra effecti Tercio queritur utrum omnes sunt beandi sicut alius in celo Respondet thomas quod Et in sequenti huius dicit Iohannes 14 In domo patris mei mansiones multe sunt Unde augustinus dicit dignitates meritorum intelligit et in vita eterna Unde etiam magister sententiarum li 4 di 49 Claritate ab electis in claritate mentis et corporis Attamen despicere rum tribus electis in celo saturabitur Unde dicitur in psalmo 16 Saciabor cum apparuerit gloria tua. Do. 16.

Obsecro ~~vos~~ vos ne deficiatis in tribulacionibus meis ad ephe 3 In epistola hodierna docet nos apostolus paulus Generaliter non solum in prosperitatibus a bono non deficere Sed etiam in tribulacionibus debemus frequenter a bono incepto perseverare Casum ysidorus in libro de summo bono Impossibile est ut hic presens et non gustes angustias quod dolore et pena omnibus genera sunt Cum autem in flagellis immittit deus quis plus resistat Cum vero adversa libenter tollerat deum cuius placat Unde etiam Iacobus Non est desperandum de eius salute quem nulla tercie flagellare adversitate Et ideo dicit hic apostolus Obsecro vos Unde in predicto sermone tria sunt dicenda que hic tanguntur in epistola primo de utilitate tribulacionum 2o de exhibencia deo exhibenda in membris corporis Tercio de caritate Quantum ad primum sciendum est quod tribulacio hominibus supervenit illa non spernenda sed magis cum gratiarum actione amplectenda propter quinque bona que confert homini Primum est quod instruit quod si peccasti ut videas ad viam salutis vel si in via es ut procedas Secunda tribulacio est stimulus qui pungit ut homo festinet ad regnum celorum Unde ysaia 26 Domine in angustia quesierunt te Cum enim quidam detinetur in iacere in stratum molli et cibo et potu delicato numquam cogitaret de sua liberatione Cum vero detinetur fame et siti in vinculis et stepeccatoribus repleto. Et insuper totiens flagellaretur et multis cruciaretur, tamen cum omni studio festinaret liberari ab illo carcere. Sic habundantes in hoc mundo nunquam curant liberari de hoc mundo et venire ad deum. Sed multis tribulationibus et infirmitatibus circumdati toto corde appetunt liberari et ad deum venire. Hoc patet in infirmitatibus constitutis qui deum invocant et sanctos dei, qui dum sani fuerunt modicum de deo et sanctis eius curabant. Unde dicitur in psalmo 15: Multiplicate sunt infirmitates eorum. Luce 14: Compelle intrare. Glossa: Qui adversitatibus fracti ad amorem dei redeunt intrare compelluntur. Unde etiam Gregorius: Mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt.

2 ¶ Secundum est quod est signum dilectionis et filiationis dei. Unde Apocalypsis 3: Ego quos amo arguo et castigo. Ad Hebreos 12: Quem diligit dominus corripit. Et est etiam de scutella domini de qua ipse comedit. Ut dicitur in psalmo 68: Dederunt in escam meam fel etc. Et hanc mittit filiis suis et militibus suis. Sicut cum aliquis miles scutellam regis sibi missam repudiaret vel emitteret vel indigne reciperet, valde regem offenderet. Sic qui egre fert cum dominus Ihesus recipit eum, flagellat cum tribulationibus et infirmitatibus. Unde Gregorius super Ezechielem: Nichil restat nisi flagella que patimur nisi ut cum lacrimis conversi agamus. Deus enim filios suos aliquid pati mittit, aliquid flagella recipit.

3 ¶ Tercium est quod est via et porta per quam oportet nos intrare ad celum. Quia Christus, qui est caput nostrum, per celum intrare voluit. Unde ipse dicit discipulis Luce 24: Nonne oportuit Christum pati et ita intrare in gloriam suam. Non sufficit membris multi si patiuntur per eandem portam intrare per quam intravit caput. Quia secundum Bernhardum: Monstruosum esset si per aliam portam caput et per aliam membra. Unde intrando oportet membra sequi caput. In signum huius dicitur Actis 14: Per multas tribulationes oportet nos intrare etc.

4 ¶ Quartum est quod purgat hominem a peccatis in presenti. Unde Bernhardus: Quod tribula grano, quod lima ferro, quod caminus auro, hoc tribulatio iusto. Insuper liberat a penis futuris, quia nullum malum impunitum erit hic aut in futuro. Unde etiam magister sententiarum libro 4 distinctione 20: Deus ex iustitia delictum impunitum non permittit. Et multo libentius deus hic punit quam in futuro. Unde Augustinus: Hic seca, hic ure ut in eternum parcas. Quia deus non punit bis in idipsum. Naum 1. Si affligit te ipse in presenti et non affliget te ulterius scilicet in futuro. Unde etiam Gregorius in Moralibus: Quia ad dispensationem agitur ut cum pluribus viciis pluriore exercitio constat.

5 ¶ Quintum est quod premium celeste augmentatur per tribulationes. Unde Matthei 5: Gaudete in illa die et exultate etc. Item Iohannis 16: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Item in psalmo 90: Cum ipso sum in tribulatione. Unde apostolus: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Unde Augustinus de civitate dei: Deus in adiu

suis rebus cogitat aut meditata condempnat aut peccata castigat aut mercedem eternam pro tollerantia malis sumat. Vnde Jeronimus in epistola: Libenter tormenta patior ut futura gloria michi servetur. Vnde etiam Hubertus: Si ad iniquitatem similitate suorum considerare vellemus in terminis annis deo possemus pro infirmitate vivis beneficiis reddere. Exemplum de magna paciencia Marine virginis. Vnde legitur. Quidam secularis habens unicam filiam parvulam commendavit eam cuidam parenti suo et ingressus est monasterium. Cum vero aliquando recordaretur filie sue contristari cepit nimis. Quam propter abbas dixit ei: Quid habes frater quod ita tristis ambulas? Tunc procidens ad pedes eius cum lacrimis dixit ei: Habeo filium unum quem aliquando parvulum reliqui et recordatus affligor propter eum. Et non indicavit ei quod puella esset. Vade inquit abbas et adduc eum huc tecum. Qui cum duxisset illam quam vocabat Marinam vocavit Marinum. Monuit quoque pater ne aliquis cognosceret misterium suum ut sibi ab insidiis dyaboli caveret. Cum autem esset [illegible] annorum mortuus est pater eius et ipsa sola relicta ab omnibus amabatur. Cui commissum est sepius vehiculum monasterii. Et frequenter vergente nocte in quodam pandochio pernoctaret. Pandochei autem ille habebat unam filiam virginem que a quodam milite est impregnata. Et dixit se a fratre Marino impregnatam. Requisitus ergo frater Marinus utrum hoc scelus perpetrasset ingemiscens ait: Peccavi penitentiam ago, ora pro me. Qui nullum misterium suum confessa est. Iactata ut ante fores monasterii iaceret super terram et in pena affligens se et ingredientibus fratribus postulabat se sibi bucellam panis dari. Pandochii vero filia peperit filium et ablactavit. Quem mater pueri ad Marinum attulit ibique reliquit. Quem ergo suscipiens et bucella panis quam ab ingredientibus suscepit alebat filium tanquam suum. Postea fratres compuncti ipso obtinuerunt ut abbas Marinum ad veniam susciperet quia iam quinque annis ante portam iacuerat. Cui precepit abbas ut omnia vilia officia faceret et in omnibus serviret. Quem omnia devote implens post modicum obdormivit in domino. Quod abbas audiens ait: Videte quale peccatum suum fuit quod veniam non meruit. Ipsum tamen lavate et longe a monasterio sepelite. Cumque eum lavarent cognito quod mulier esset tendentes se clamabant quod tante confusionis et penitentie mulier innocens ab omnibus fuerit inflicta. Abbas quoque videns quod mulier esset cecidit in terram tenebat caput eius et postulans ab ea veniam iussit corpus eius in oratorio reponi. Eadem die puella accepta a demonio venit ad monasterium confitebatur et accusabat se. Septimo die liberata est a demonio in oratorio ubi usque modo meritis eius deus multa miracula operatur. Sicut in vitas patrum. Secundum ad secundam partem dicit apostolus: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Jhesu Christi. Vnde

sciendum secundum Wilhelmum In gemina flo-
ione ostenditur nobis zelus quem ap-
plus habebat in salute proximi Et
cum gratia multum habundabat in
apostolis et aliis sanctis qui pro salu-
te animarum proximorum non timebant
se morti exponere scientes nullum
munus sacrificium esse quam zelus
animarum Unde Gregorius super Ezechielem
o. 2 Nullum omnipotenti deo tale
sacrificium quale est zelus animarum
Unde Richardus de sancto victore Absque
dubio nichil sic placet deo et
nichil sic placat deum sicut zelus
animarum Et hic zelus multum hoc
in eiusmodi esse requirit multi enim plus
compatiuntur bruto animali scilicet ovi
bovi vel asino vel etiam cani si vi-
derent eum a lupo laniari vel de-
vorari quam fratribus quos vident a
demonibus in infernum pertrahi Et apud
tacent hoc publicare Et animam ma-
pereunt nec hoc compatiuntur Et proces-
sum est quod plures sunt qui anima-
rum proximorum Christi sanguine redemp-
tas quorum sunt septem genera Primi sunt 1
qui prebent vel consilium proximis mala
faciendi Unde Augustinus super Iohannem Homi-
cida dyabolus dicitur non gladio
armatus nec ferro accinctus ad ho-
minem venit Sed quia malum verbum
seminat Noli ergo te non putare
esse homicidam quando fratri tuo ma-
la persuades Bernardus Secundi sunt qui ma- 2
la eiusmodi abmittunt sanctam cor-
rectionem Unde ait Gregorius Tot
personas occidimus quot ad mortem ire
cottidie tepidi et tacentes videmus
Tercii qui verbo et opere presumunt ma- 3

lum exemplum prebent in periculum anima-
rum Unde Augustinus in libro de
pastoribus Cum in conspectu popu-
li male vivit quantum in eo est ille
4 a quo attendit occidit Quarti
qui proximos detrahunt Unde Bernardus
Unus est detractor qui loquitur et unum
verbum tantum loquitur et tamen unum verbum
eodem in momento multitudinis audien-
cium aures transfigit animas inter-
5 ficit Quinti qui se ornant in proximos
ad malas concupiscentias alliciat
Unde Exodi 21 Si quis foderit cisternam
et eam non operuerit et ceciderit in
eam bos vel asinus dominus cisterne
reddet precium eius Ubi dicit Glosa
Cisterna aperitur ubi decus quando
mulier ornatur tunc bos vel asinus
incidit in eam quando homo per delectum
illum illaqueatur Tunc mulier red-
det racionem de anima illa Unde Augustinus
in libro ad sorores virgines Domi-
na virgo nec ornatum capitis nec ha-
bitum nec oculos erecte sed nec vel-
tu ad decorem deposito procedat
ne ipse viles ducat amores Et
sic non peccat aliis provocans ca-
6 tat Sexti qui victum necessarium
pauperi in necessitate subtrahunt Unde
Ambrosius Pasce fame morientem si non
7 pavisti occidisti Septimi sunt qui bene-
dicendo prius ministros verbi relinquunt
Nam quot denariis eos relinquunt
de ministerio domus quasi tot gladiis
eos transfigunt Item sciendum quod ap-
postolus in hiis verbis nos primo
sic [illegible] generali [illegible] in-
ducit nos ad cohercendam corporalem
concupiscenciam [illegible] in
recognitionem nostre subiectionis
Unde apostolus ad Romanos 12 Exhibe-

mus corpora vestra hostiam sanctam viventem deo placentem. Exhibetur autem honor et reverencia ac summo domino meo ihesu christo corpore proprio dupliciter. Quidam sunt gestus quidam speciales. Communes sunt inclinacio capitis oracio vel laus dei vocalis percussio pectoris genuflexio. Ambulacio ad loca sanctorum. Cong cumus maceracio per ieiunium et abstinenciam. Et totius corporis prostracio vel manuum admodum crucis cum corpore flexu et genuflexu et hiis similia que deo exhibentur pure exhiberi in recognicionem vniversalis domini. Et licet gestus sunt gerere in ecclesia dei in publico. Ergo talibus gestibus veneratur dominus dominus noster ihesus christus in publico. Unde math. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus. Speciales autem sunt velut admodum crucis expansio et magis percussio pectoris nudo flagellacio cilicii indumentum. De hiis dicitur math. vi. Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum qui videt in abscondito reddet tibi. Unde hic queritur primo. Cum ista deo debeamus a corpore exhiberi cum bonorum nostrorum non indiget. q. Respondetur primo quia deus corpus nostrum creavit 1.o assumpsit redemit glorificavit. Dignum est ut ei obsequia exhibeat a quo talia suscepit et accepit. Secundo ut proximus non edificetur per hoc. Tercio ut per talia exteriora excitamur ad devocionem excitamur quia signa sensibilia plus movent. Secundo queritur. Cum gestus corporis hiis dicti sint meliores. q. Respondetur secundum humbertum. 1.o Et genuflexio manuum expansio et oculorum in celum levacio videtur cor et semper levandum sursum orationem plus quam alii gestus. Unus tamen sunt quis que aliud non eligat. Ergo unusquisque quod magis sibi videtur valere ad devocionem excitandam. Tercio queritur hic utrum magis tenemur ad corporalia obsequia deo exhibenda. Respondetur Scotus in 4 di. 21. Et sic dicit dominus et magis in festivitatibus precedentibus nec debes ad eciam audire missam totam per preceptum et videre inclinare ad elevacionem corporis christi. Primo ad hoc tenentur sacerdotes populum informare ut dicitur de celebracione missarum li. 3 c. Sane. Item qui potatur corpus christi proximitate. Et qui vadit ad certa loca ubi sumatur corpus christi et devote venerari. Quarto queritur utrum cum talibus gestibus corporis possimus sanctos venerari. q. Respondetur quod sic salvo quo ad aliquid secundum quod aliud quam deum dominum veneramur. 1.o Talia enim exhibenda sunt deo in recognicionem vniversalis domini. Et sic honor isto modo cultus exhibendus est sanctis. Quia tales gestus sunt exhibere possimus sanctis tamquam dei amicis et precipuis quorum sunt intercessores qui sunt domini nostri ihesu christi prelati et potestates nos iuvare sed non principales domini sunt. Quia ipse deus est principalis dominus creator et redemptor et mediator et pie noster. Leccio ad 3am predicacionem dominice 4 applicacionis. In caritate radicati et fundati. Unde q. notandum quod apostolus rite petebat quod ephesii essent in caritate 1.o radicati quia opus legis caritate est vera finis quibus tamen debet

ut sit in loco isto scilicet ut caritatem
habeat Hic autem locus optimus
1 dicitur quatuor de causis ‖ Primo quia
securissimus est qui est in loco isto
in deo est i Joh. 4 Qui manet
in caritate in deo manet et deus
in eo Sap. 3 Iustorum anime in ma-
nu dei sunt valde magna est securi-
tas ista cum non sit qui de manu eius
possit eruere Job 10 Augustinus ad-
dicit talem esse in sinu dei in
hiis verbis Quid times domine in
sinum dei proicis te de illius sinu
noli cadere quidquid ibi pacie-
2 ris ad salutem valebit ‖ 2o quia
est locus iocunditatis Proverbiorum 15 Se-
cura mens quasi iuge convivium Quo
non erit tibi iocunditas ubi leta
conscientia tangat et dicat illud
Psalmi 22 Si ambulavero in medio
umbre mortis non timebo mala
3 ‖ Tercio est locus divitiarum probatur
quia qui manet in caritate in deo ma-
net et deus in ipso qui autem deum
habet vere dives est Propter illud Au-
gustini Aurum habens in archa
dives est deum habens in conscientia
dives non est quidquid aurum et deum
et archam et conscientiam et com-
4 parata ‖ Quarto Caritas est locus
ubi nullus malum patitur Ecclesiastici
8 Qui custodit mandatum non ex-
pietur quicquam mali In caritate va-
dant beati Apostolus ad Ro. 8 Cer-
tus sum quia neque mors neque vita po-
terit nos separare a caritate dei
Et quilibet christianus pro toto mun-
do et pro omnibus regnis mundi non
deberet separari a caritate dei
Primo potius eligendum esset homini
quod separetur ab eo caput vel omnia
quoque membra corporis singillatim
quam quod separetur a christo vel a mem-
bris christi Sed sunt multi qui valde
timerent si ab eis deberet abscindi
aliquod membrorum corporis sui Separa-
tionem vero a nobilissimo capite scilicet
christo et a corpore ecclesie cuius corporis
caput est non timent separari scilicet per
peccatum mortale vel per [illegible] cogni-
tacione Et ista cognacio val-
de est timenda sed christianus quia
separat ab magistro anime et a gaudio
fidelium et a sanctis in presenti et in
futuro separat a conspectu dei et omnium
electorum in eterna societate et feli-
citate consistentium Et sic excom-
municatus est sicut membrum abscisum a
corpore Et sicut palmes abscisus
a vite qui ad aliud non valet
nisi ut ad ignem mittatur et com-
buratur Sic eciam est de tali quod
faciendum hoc probatur Joh. 15 ubi
loquitur dicens Ego sum vitis vera
et vos palmites Sequitur ibidem
Si quis in me non manserit mit-
tetur foras sicut palmes et aru-
erit et colliget eum et in ignem
mittet et ardet ‖ Item secun-
do Ideo qui communicat excommunicatis
publice denunciatis loquendo co-
medendo vel bibendo emendo
vendendo etc. minorem excommunicationem
incurrit que est spiritualis anime lep-
ra in quo videtur hominem inq-
inare animam suam quia corpus Lepra
si sit se inmiscuerit leprosus cor-
pore per unam commixtionem vel com-
municatione qua cito accedet ad excom-
municatum caveat sibi omnino a parti-
cipacione illius excommunicati Sed lepram
anime i. vero excommunicationem quam incur-
rit participando cum excommunicato non
timent que tamen periculosior est quam

sopra corporis. Unde In decretis: Commutantis cogitatio indebite cogitationem meruit quia est proprie ipse. Aliud hic quod homo actualiter diligere deum super omnia. dicit Scotus in 3. d. 27. Et actualiter hoc preceptum implendum obligatur quilibet homo in diebus festivis. Ita quod omni die festivo et potissime dominicis diebus et in principalioribus festivitatibus tenetur homo se recolligere et deum super omnia diligere actualiter. Et licet quando teneatur quod precepto tamen omni tempore tenetur quod omnibus operacionibus peccata dimittere et bene agere. Et forte minus in operacionibus foret non cottidie de mane saltem aliqualiter cor ad deum convertere. Et etiam primis precedentes legitime consuetur de audienda missa videlicet dum dominico die. Tamen magnum videtur consulari quod in die tali teneatur deum diligere super omnia et solo corde potest impleri. Nam ut dicit idem Scotus: Si aliquis invalidus cogitur ab operacione audiende misse die dominico tunc est implere in aliquo equivalente ut saltem de illo deputato speciali cultu divino aliquos actus habeat devotos intime in deum ad eius reverenciam.

Obsecro vos ego vinctus in domino ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Ephesios 4. Hec verba hodierne epistole scripsit beatus apostolus beatus Paulus Rome existens in carcere Ephesiis conversis ad fidem christi per predicationem apostoli commissis. Unde et pius pater volens amonere suos filios ad laudabilem conversationem dicens: Obsecro vos ego vinctus in domino. Unde in principio sermonis tria sunt dicenda que tanguntur in epistola hodierna. Primo de dignitate regni celestis. 2º de virtutibus per quas pervenitur ad regnum celeste. Tercio de legibus in uno corpore.

Quantum ad primum sciendum quod dignitas illa ad quam vocati sumus non est regnum Francie sed regnum celeste. Ad regnum enim Francie inungitur Remensis archiepiscopus. Ad istud regnum ipse spiritus sanctus. Ad regnum Francie fit inunctio unctione de celo missa sicut dicitur. Et ad istud regnum celeste. In hoc enim ista unctio est sollempnior et excellencior quod in ista inungitur spiritus i. anima hominis, in illa corpus hominis. Ubi notandum quod principalis causa creationis hominis in mundum est celestis beatitudinis et divine glorie perceptio. Unde etiam magister Sententiarum libro 2º dist. 1. Deus a principio hominem ad hoc creavit ut particeps fieret sue beatitudinis eterne. Ille quamvis deus posset homini beatitudinem gratis dare et sine meritis, tamen voluit hominem cum meritis et labore eam acquirere. Et hoc propter maiorem honorem et laudem. Maior enim honor et bonus et laus conceditur cum propriis viribus acquisiverit quam si tam a deo accepisse. Unde etiam Leo papa dicit in sermone: Non dormientibus provenit regnum celorum nec ocio et desidia torpentibus beatitudo eternitatis ingeritur. Ergo quilibet homo impleat salutem debet laborare in bonis operibus gratanter et viriliter et sine tedio. Unde Jheronimus: Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet quo gloria eternitatis

E

acquirent. Ubi est sciendum quod in vita presenti deus cognoscitur imperfecte quia per auditum. In celo autem perfecte quia quod nunc hic cognoscitur ab aliquibus, in celo vero ab omnibus cognoscitur qui ibi sunt. Ieremie 31: Omnes enim cognoscent me a minore usque ad maximum. Item infans qui hodie natus est in mundum neminem cognoscit non patrem non matrem nec aliquem hominem in isto mundo; adeo enim insipiens est quod nescit distinguere bonum vel malum. Iste baptizatus moriens anima illius pueri ad celum veniens faciem dei videndo a deo efficitur sapiens quod plus cognoscit de deo quam omnes philosophi et magistri qui sunt in mundo. Item in celo existentes non solum cognoscunt et videbunt deum sed etiam omnes sanctos qui in celo sunt. Cognoscunt enim beatam virginem mariam beatum petrum paulum stephanum. Cognoscunt etiam omnes qua patria qua gente qua stirpe quisque ortus sit. Unde multum errant aliqui dicentes quod in celo pater et mater non cognoscunt filios suos. Quomodo posset ibi esse perfectum gaudium si non esset mutua sanctorum cognitio et dilectio? Immo non solum cognosceret homo propinquos suos et alios quos hic novit sed quod plus est cognosceret etiam illos quos nunquam hic in mundo vidit nec novit qui etiam ante mille annos mortui sunt vel fuerunt. Et ait Gregorius in dyalogo: Sancti non solum cognoscunt quos hic in mundo viderunt et cognoverunt sed etiam quos nunquam viderunt. Et electi in celo non solum vident in deo omnes creaturas sed etiam facta omnium hominum creaturarum. Unde magister sententiarum li. 4 dis. ult.: Qui in claritate dei vident nihil in creaturis agitur quod videre non poterit. Omnia enim que fiunt in mundo in celo et in inferno et in purgatorio vident. Et etiam omnes homines in mundo in inferno existentes cognoscunt. Unde Gregorius li. 4 dyalogorum: Quid est quod non videant qui videntem omnia vident. Item sciunt omnia et orationes. Et vota que aliqui apud petrum beatum iohannem vel ceteros dant elemosinas ad honorem ipsorum putans quod ipsi in celo existentes audiunt se in facie dei et vident ea que hic fiunt in mundo. Certe non, sed ipsi possunt intuentes faciem dei et vident in claritate dei quidquid hic fiunt ad honorem dei et suorum. Omnia similia ista in facie dei relucent tamquam in speculo. Et sancti in deo videntes honorem dei que eis exhibetur orant pro te. Etiam distantia localis non impedit visionem istam. Nam deus adest sanctis ad nutum voluntatis ipsorum. Quantum ad secundum dicit apostolus: Cum omni humilitate et mansuetudine in omni patientia supportantes. In verbis istis specificat apostolus ea que conducunt dignitas ad quam vocati sumus, nam hic virtutes scilicet humilitatem mansuetudinem patientiam unitatem in vinculo pacis. Tamquam valde necessarias omnibus hominibus qui volunt ad regnum celorum pervenire. Ad quod quilibet homo vocatus est. Ad quod nullus perveniet nisi sit virtuosus. Et quia propterea quilibet homo magis amandum est et ad virtutibus et interioribus actibus bonis quam exterioribus cerimoniis et quasi corporalibus. In virtutibus enim et in interioribus actibus bonis principaliter consistit merita nostra et salus nostra. Cerimonie exteriores et corporales conversationes in ieiuniis vigiliis et ceteris huiusmodi sunt instrumenta perveniendi ad illa interiora nec sunt bone nisi in ordine ad hunc finem. Aut magnum a bonis actibus interioribus impediunt. Vero autem cerimonias crescens illos et exteriores corporales ritus et observancias quas devoti consueverunt a viris et a personis devotis et maxime religiosis ut sunt genuflexiones inclinationes prostrationes tamquam superstitiones pessimas. Unde quilibet considerans toto conatu suo debet querere et habere vitam virtuosam. Unde Aristoteles 1 ethicorum. Virtuositas bravium est vita. Unde dicit glossa que sunt signa per que virtuosus homo cognoscitur. Respondeo quod sunt septem. Primum est quod alios homines diligit qui virtuosi sunt propter virtutes quas in se habent. Unde Seneca. Bonas cum multis virtutibus habundat qui alienas amat. Unde et Augustinus. Alienas virtutes amare est in omnibus proficere. Secundum est si habet dilectionem ad dei precepta et ad ordinacionem ecclesie et ad precepta ecclesie in celebracione festorum et non transgressione eorum. Unde Johannis 14 capitulo. Qui habet mandata mea et servat ea hic est qui me diligit.

Tercium signum est. Si castigat corpus suum cum ipso apostolo. Castigo corpus suum carnem suam castigat et crucifigit. Per oppositum diaboli qui in divite epulone in deliciis vivunt. 3

Quartum signum est. Si quis non est sui capitosus nec proprie voluntatis. Sed humiliter submittit se aliis et se informationes aliorum. 4

Sed quod dicitur. Unde causa capitositatis. Respondeo ex superbia qua homo putat se esse sapientem et prefert se aliis. Ideo se immiscet in proprio sensu habundat. Et tales viri contra alios humiliando se. Unde Gregorius. Valde difficile est ut is qui se sapientem estimat mentem ad humilitatem reducat. 9 10

Quintum signum. Si quis ponat bona honesta utilia verba profert. Unde Catho. Virtutem primam puto compescere linguam. Oppositum ostendunt qui turpia et inhonesta verba proferunt. Unde ecclesiastici in verbis ponderare probatio consistit vite humane. 5

Sextum signum cum quis habet patientiam in adversis. Oppositum ostendunt iracundi et impacientes. Unde Gregorius. Qualis unusquisque apud se lateat illata contumelia probat. Unde idem Gregorius. Ego virtutem patientie signis et miraculis maiorem credo. 6

Septimum signum. Cum quis omnia verba et facta proximi in meliorem partem interpretatur et non libenter audit malum loqui de proximo. Nec facile credit. Unde quidam regula iuris. Et omnia dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Hoc signum hic ponit dicit Luce 6. Nolite iudicare. 7

Quantum ad tertiam partem dicit hic apostolus. Unus deus et pater omnium. In quibus verbis apostolus ostendit

nos esse fratres quia habemus unum deum
et unum patrem ergo summe merito fratres
tres / demum non debemus despicere fratres
nostros leprosos infirmos et defec-
tuosos Unde eccl. Gregorius Omnes
fratres sumus impietate preciose con-
diti et sanguine redempti Et ide-
o fratres nostros quantumlibet pauperes
et abiectos in nullo despicere debemus
Et ratio huius est Tercia quilibet
nostrum potest tales fieri adhuc ante
finem vite sue si deus permiserit sicut
Tercius Secundus nimius sco Et te
tibi velles compati et non deriderin
etiam despici sic non facias proximo tuo
defectuoso Unde math 7 Omnia que
cumque vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis Unde Tho c 4
ab alio oderis tibi fieri ne tu fa-
cias illis // Unde secundum c 4 vide
omnes infirmos homines leprosos sunt ab
vetustissimi; Modo loquendo de leprosis
Tercia sunt quod deus consolatur leprosos
ut bonam confidentiam habeant de deo
licet toto mundo sint abiecti // Quartum
est quod christus et sancti in presenti mun-
do venerati sunt leprosos de quo patet
math 8 ubi dicitur quod leprosus ad eum
venit dicens Domine si vis potes
me mundare Et extendens ihesus
manum tetigit eum dicens volo mun-
dari et confestim est mundata lepra
eius Item luce 17 c 4 decem leprosi
occurrerunt domino ihesu qui dicentes
ihesu preceptor miserere nostri Quos
ut vidit dominus dixit Ite et osten-
dite vos sacerdotibus Et factum est
dum irent mundati sunt Etiam et
sancti venerati sunt leprosos in presenti
vita Nam beatus martinus episcopus
leprosum pessimus obvium habuit
quem osculatus est et statim sana-

tus est Etiam sanctus franciscus
simul libenter et fideliter leprosis
servivit sepius // Quintum est quod dominus noster
ihesus christus marie filius mundis-
simus et speciosissimus voluit re-
putari in fine vite sue leprosus vulneri-
bus et sputis in passione plenus
Unde ysa 53 Non est species ei neque
decor et nos reputavimus eum tamquam
leprosum et percussum a deo et humilia-
tum Ipse autem vulneratus est propter ini-
quitates nostras et attritus est
propter scelera nostra In quo dat
nobis magnam pacem quoniam Si enim
innocens christus pro alienis peccatis
sic voluit pati Tunc ideo quod nos
hec debite leve pacimur Insuper
christus etiam per resurrectionem
suam quem iam clarificatus ostendit
in signum esse infirmitatis plus
in alia infirmitate se unquam est
oppressum In signum quod tales lep-
rosi mundo despecti sibi amici sunt
si patienter infirmitatem tolle-
rant Et in signum huius quandoque
quibus carissimis dat tale infir-
mitatem Apoc 3 Ego quos
amo arguo et castigo Unde dic-
itur ozee l c xiij diligit odit
qui non diligit percutit sicut dicitur
Et enim quod christus iacuit
in lecto in forma leprosi Lege quod quae-
dam mulier nobilis consueta erat
recipere pauperes et reverentia eos
manibus propriis et ablueret pedes
eorum invito proprio viro Cum sic
induceret pauperem quemdam
miserabiliter ut videbatur afflictum
et ulcerosum introduxit eum in
domum suam viro eius absente
Et cum ille peteret balneum pau-

illi. Qui cum diceret per balneum quod non posset curari nisi in molli lecto posuit eum in camera sua. Tunc autem vir eius credens quod [illegible] et cameram subito intravit. Et in lecto uxoris invenit pedes infirmi quem non credebat adulterum et vellet eum cum impetu ire occidere super lectum eius apparuit ei dominus in eadem forma qua illud pependit in cruce dicens Cum [illegible] me [illegible] qui hec pro te passus sum et si volueras pro tua salute penali. Tunc autem perterritus et prostratus ad terram oculos erigere et [illegible] post nichil invenit. Et conversus ad dominum bonus hospes et pius pro paupere factus quiescunt ab uxore que ei omnia narraverat. Hist. pec. de amore h. 20. Item Martyrius monachus qui in forma leprosi portavit Christum in pallio suo supra dorsum suum. Legitur quod quidam Martyrius nomine vite valde venerabilis monachus fuit qui cum pro monasterio visitatione pergeret ad aliud monasterium tendebat cuius spiritualis pater extiterat pergens vero leprosum quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra foedaverat invenit in via volentem ad suum hospitium redire et pre lassitudine non valentem. Ipse vero in itinere se hinc pergebat hospitium quo ille redire festinabat. Vir autem Dei eius lassitudini misertus pallium quo vestiebatur in terra prostratus protendit ac desuper leprosum posuit eumque pro pallio undique constringens super humeros levavit secumque detulit. Cumque iam monasterii foribus appropinquaret pater eius spiritualis monasterii magnis clamoribus dicere cepit. Currite ianuas monasterii aperite quia frater Martyrius venit portans dominum. Statim vero ut ad ostium monasterii pervenit qui leprosus esse videbatur de collo eius exiliens et in eadem specie apparet qua recognosci solet redemptor generis humani. Ad celum ipso aspiciente rediit ei quod ascendens dixit. Martyri tu me non erubuisti super terram ego etiam te non erubescam in celis. Qui sanctus vir mox ut in monasterium est ingressus et pater dixit frater Martyri ubi est quem portabas. Respondit. Ego si scivissem quis fuisset pedibus illius eum tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat quod cum eum portaret pondus eius non sensisset. Tercium est quod consolari debent tales leprosos. Quia ipsi per talem infirmitatem similius [illegible] peccatorum hic absolvere quod est magnum valde [illegible] penis hic mundi vel dicitur in decretis. Igni purgatorio nulla pena temporalis est comparabilis dist. 24. Item in aliud. Et certum est quod vita eorum est penalis et deus non punit in idipsum bis. Naum. Quod afflixi te in presenti ut non affligam te in futuro. Quartum consolari debent quod tales [illegible] et gaudium merebuntur. Tunc quia infirmitas eorum longa est quia multiplex est quia insanabilis est ut dicitur [illegible] Legum [illegible]. Considerate in illa die et gratitudine quod [illegible]. Item sciendum quod omnes leprosi et alii infirmi se diligenter cavere debent. Primo ne murmurent contra deum impatienter quod leprosi sunt. Secundo quod se [illegible] [illegible]

3

patrum iuste patrum. Nam pro quolibet
peccato mortali eam pati merentur. Item
quia pueris pie tales talia [illegible] sicut proprios
filios insurrexerint flagellabat.
Ad Hebreos 12: Flagellat omnem filium
quem recipit. Gregorius: Et acceptius
fuerunt a passionibus flagellorum ex-
cepti a numero filiorum et electorum
in 18. Non est sperandum [illegible] pa-
lute qui nulla vice eorum flagellatur
adversitate. Idem Gregorius et alii in-
firmi debent diligenter attendere futuram
gloriam que dabitur eis si patien-
tes fuerint. Unde Ysidorus de summo bono
xxiii: Qui vite future premia diligenter co-
gitat mala omnia vite presentis equa-
nimiter portat quia ex illius dul-
cedine huius amaritudinem temperat.
Secundo ut luxuriam diligenter fugi-
ant non solum ad actum sed etiam quantum
ad morosas delectationes et malas af-
fectiones. Videns enim dyabolus le-
prosos carere mundana sorte ad
voluptatem luxurie nititur eos pi-
trace. Et tales enim in tali peccato
communiter infestat. Tertia ut ab
ira se diligenter caveant. Tunc quia infir-
mi faciliter commoventur. Tunc quidem
plus eos infestat in ira et invi-
dia. Hec invidia proximum expellit
et deum in mundo dimittit. Hec est fe-
rina pace perturbat. Hec pace facit
omnem mundum. Hoc invidia facit
talem habet duplicem infirmum. Hic
in presenti paupertate desperationem
et infirmitate et in futuro dampna-
cione eterna. Et ergo leprosi debent
habere mutuo caritate et pace ad-
invicem. Et semper deo gratias agere
ne infirmitates que data sunt ei ad
augmentum glorie fiat ei ad aug-
mentum pene et culpe. Unde Bern-
ardus: Non sunt condigne passiones huius
temporis ad penam quam dimittit,
ad graciam quam immittit, ad gloriam
quam promittit. Item studeant quatenus le-
prosi pre aliis plus ad mortem tendere
se disponere. Primo quia eorum infirmi-
tas graviter est incurabilis [illegible]
nomine. Unde eo ipse quo infirmantur
ad ad mortem mortis [illegible]
[illegible]. Secundo quia ad eorum infirmi-
tate facilius alia infirmitas puta
pestilencia addi potest quod statim moriantur.
Unde Luce 12: Estote parati quia qua
hora non putatis filius hominis veni-
et. Unde hic quidem cavendum si de
nigro leproso. Tertio leprosi debent
non solvere matrimonium. Et tenetur
coniux ad redditionem debiti extra eo
c. i. Et hic leprosus eciam contrahere
matrimonium si invenerit volentem extra eo
c. ii. Quarto quidem uxor cogitur co-
habitare coniugi suo leproso. Sed
secundum theologos in 4 dist. 32 licet tenea-
tur reddere debitum tamen non tenetur ei co-
habitare. Non enim tuto interesse
quod cum sit quod recepti cohabitatione.
Et Hostiensis dicit: Sufficit leproso quod
uxore ita prope sit quod petere possit debi-
tum vel [illegible] debito. Nec oportet
quod in eodem debito loco aut in eadem
domo moretur. Et filii leprosorum non
semper manent dum non infirmantur. Quinto
quidem. Utrum sacerdos leprosus debeat cele-
brare missam. Respondeo secundum Wilhelmum publice
quando propter scandalum celebrare
non debet. Sed privatim si non e-
nimis deformis non est prohiben-
dus. Sed tamen cessabit [illegible]

40

quo ad sanos // Aliud exemplum nota
Sacerdos quidam leprosorum qui frequen-
ter inter se et leprosos et per fora-
men confessiones eorum audivit et
corpus domini porrigebat quod divino iudi-
cio factus est leprosus. et quod in ea
parte incepit scilicet qua videbat
ad eos. Item quidam similis abhorre-
bat adeo leprosos. ut nec elemosinam
vellet eis deferre. et factus est le-
prosus — Dominica 18.

Gratias ago deo meo semper
pro vobis in gratia dei que da-
ta est vobis in christo quia in om-
nibus divites facti estis in illo. i. Cor.
i. Hec verba dicit apostolus corinthi-
is pro deo omnibus hominibus vere
christianis. Non dico de illis christianis
qui sunt nomine christiani et vita paga-
ni qui sunt christi proditores sicut eius
doctrine hosti et corpus sancti dyaboli ad-
herentes qui sunt videlicet apostate et
iu mortales quod ubi homo apostata
vere mortalis esse. Qui viderint divi-
tiis adhuc esse sicut ipsi inquam fu-
issent facti christiani. Sic mortalis
apostata Iudeus est ad morem sicut si
inquam fuisset mechus. Nos ergo bo-
ni et perfecti christiani pro deo quia
in omnibus divites facti in christo. Unde
in presenti sermone tria sunt dicenda que
tanguntur in hac epistola. Primo quod
divitie spirituales in 3bus consistunt
Secundo divitie spirituales precellunt
omnes divitias huius mundi. Tercio de
divitiis temporalibus non vero exemplo
Quantum ad primum sciendum quod
divitie spirituales consistunt in hiis
3bus. Primo in virtutibus unde Ysy-
dorus divitie non corporis sed virtutes per se
iste divitie scilicet virtutes tam nobiles pre-
ciose sunt quod omnes in celo et in terra

M

tam angeli quam sancti non valent remune-
rare sufficienter omnibus mundis et gau-
diis suis virtutem vel unam nisi solus
deus Augustinus de civitate dei Premi-
um virtutis est ipse qui virtutem dedit
Cum igitur iste divitie tam sunt de-
us intende unde felix est qui potest
dicere cum David unde dicitur psalmo 138 Multi-
plicabis in anima mea virtutem Multi-
plicavit enim virtutem adquisivit hic
perhennem gratiam et in futuro summam gloriam
// Secundo consistunt in gratia qua qui habet
dives est prov. 31 Multe filie congre-
gaverunt divitias Loquitur hoc de
beata virgine que in divitiis gracie omnem
puram hominem superposita est Has autem
divitias gracie nullus etc per se ha-
bere potest nisi deo a largitate donante
tribuitur. Cum igitur homo non potest
se ipsum constituere in eius vero Sed nec ec-
iam potest sibi tribuere gratiam per quam
sit in bene esse gracie unde secundum Io quod
sine gratia dei non potest se ad gratiam prepa-
rare nec eciam in gratia conservare
nec a peccato sibi cavere nec aliquod opus
meritorium facere unde apostolus dicit non
sufficientes aliquid a nobis cogitare
quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est
Oportet ergo quod omnis gratia veniat a
deo primo ergo omnis preparatio ad gra-
tiam est a deo. Et tamen inexcusabilis
est homo si gratiam non habuerit quia gratia
Christi data ad quam homo aptus est pro dei
ipso et libere arbitrio consentire
ei movendo Et hoc quod in se est facere
ei consentire quo facto ponit gratiam et
tam facultatem habere Cum igitur hoc quod
ad gratiam se habilitare et motione
dei movente tote hominis ad gratiam est
Et quod facit homo quod in se est non gratiam
autem habet etc non potest falli. Et talis gra-
tia maior est in uno quam in alio

M

secundum operationem gratie. Et quamvis gratia dei semper presto sit tamen nisi apponat homo quod suum est gratiam non consequitur. Unde Augustinus: Qui creavit te sine te non iustificabit te sine te. Item sciendum quod gratia dei sine qua nichil possumus bonum facere nec esse salvati

O

est quadruplex. 1 Prima est operans que facit de iniusto iustum. Unde apostolus: Fuistis aliquando tenebre nunc autem lux in domino. Et illa gratia datur sine meritis non ex opera que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. 2 Secunda est gratia cooperans que de bonis facit meliores. Ideo dicitur in psalmo 83: Ibunt de virtute in virtutem. 3 Tercia est gratia perseverans que de presenti vita transferet hominem ad patriam. Unde Mathei x: Qui perseveraverit in fine hic salvus erit. Et ita 2a gratia quam illa 3a gratia sit tamen [illegible] quia sicut apostolus cooperatores sumus. 4 Quarta est gratia salvans que tribuit vitam. Mathei 20: Quod iustum fuerit dabo vobis. Apostolus: Reddet unicuique iuxta opera sua. Et illa datur pro meritis. Unde dicit etiam: Filii dei qui in hoc seculo eternitatem habuistis mercedem laborum reddo vobis. Tercio consistunt ille divicie spirituales in bonis operibus. Proverbiorum: Benedictio domini divites facit. Nos ergo videmus ad sensum quod fidelibus laborantibus opere consueto redditur premium. Tamen creavit deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam ut sine [illegible] sit capax per bona opera. Quia illic nemo possidet nisi per meritum bonorum operum. Et ideo qui vult ad eternam gloriam pervenire debet in ista vita sibi thezaurizare thezaurum in celo per bona opera in presenti. Quia post hanc vitam non erit tempus colligendi. Unde apostolus: Tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo laboremus homines operum bonorum. Unde Bernhardus de consideracione: Qui laborare et metere noluit, unusquisque enim laborem suum interdum accipiet.

Quarto ad 2m sciendum quod divicie spirituales precellunt omnes divicias huius mundi. 1 Primo quia facile possunt haberi qui eas volunt. Unde Ecclesiastici 15: Ante hominem bonum et malum ad quod voluerit porrigat manum suam. Ergo qui eas vult habere bonum in quo consistunt divicie spirituales potest, quia in eius potestate consistit si vult appetere et querere. Johannis 16: Petite et accipietis. Sed eius divicie temporales multi volunt habere et non possunt, quod dicitur Proverbiorum 23: Ne erigas oculos ad opes quas habere non potes. Sed temporales quia vix haberi possunt. 2 Secundo quia antiquari non consumuntur. Job 21: Hic est thesaurus sine defectu. Sed non est de temporalibus diviciis sed unum quodque vestimentum. Unde Ecclesiasticus: Omne quod senescit prope est interitui. Tercio quia violencia non auferuntur nec rapiuntur quia nullus potest divicias spirituales auferre a voluntate. Sed temporales cum fraude et furto et rapina auferuntur et contra voluntatem possidentis. Ubi notandum deum ab anima nullus potest separare nisi ipsa voluntas. Unde Seneca: Quod nichil ita difficile potest amitti nisi deus qui nunquam nisi voluntarie amittitur. Sed enim alia. Unde divicie fortitudo sanitas et multa alia contra voluntatem amittuntur. Sed plus deus non amittitur nisi cum voluntas se ab eo avertit. Unde Augustinus: Domine nemo te amittet nisi prius te dimittat. Nemo te dimittit nisi ipse velit. Unde Gregorius super hoc inquit: Dimitte temporalia, inquam, nisi volens amittis eterna. Secundo quia in iucunditate possidentur. Unde in psalmo 18: In custodiendis illis retribucio multa. Glossa: Eterna in presenti vita gaudium habent et iocunditatem que tanta est quod dici non potest. Unde Basilius in exameron: O dulcedo melliflua, dulcedo inenarrabilis, quam dulcis es in meditatione, dulcior in oratione, dulcissima in contemplatione, sed super dulcissima in beatitudine. Sed plures non sentiunt talem beatitudinem et dulcedinem. Et racionem assignat beatus Augustinus li. 9 confessionum dicens: Gaudium divine dulcedinis non degustat qui carnali delectatione maculatus. Unde Beda: Relinque amaras dulcedines voluptatum que mentem tibi adimunt. Tercio quia temporalia habent annexam multam amaritudinem. Est enim labor in acquirendo, timor in custodiendo, dolor in amittendo, cupiditas in dando, pudor in non dando, angustia in expendendo, mendicatur miseria in vita cum non expenduntur. Quid enim sunt ista nisi amaritudines. Quarto quia distribuendo multiplicantur. Unde Bernardus: In hoc differunt bona temporalia et spiritualia. Eterna distributa bona temporalia minuuntur, bona vero spiritualia distributa augmentantur. Eterna quantumdo in caritate bona opera mea non minus habebunt, sed bonum ante dicitur ab alio habent. Et cum hoc tale quidem alio bona mea erunt. Exemplum de duobus quorum unus largus semper bona sua

opera quirebat et cotidie dedit pauperibus. Alius autem propter suorum obitum primus ad purgatorium intravit, sed maiorem gloriam habuit propter caritatem et largitatem quam fecit. Tertius immediate post obitum celum intravit. Sexto quia spirituales divitie animam ornant, sed temporales animam maculant et coinquinant, quod innuitur figuratum esse in hoc quod ea que videntur preciosa inter temporalia ut est aurum et argentum manus tangentium inquinant. Sic spiritus sanctus vocat eos lutum. Unde Abacuk 2: Ve illi qui congregaverunt non sua, usquequo aggravat contra se densum lutum. Deterius inquinant divitie animam quam lutum corpus, ideo apostolus recte arbitratus est eas ut stercora. Unde Ecclesiastici: Sed divites sunt non eius diminuuntur a delicto. Sed divitie spirituales ornant animam quia sicut pulchri colores corpus pingunt et ornant, quasi sic quidam spirituales colores sunt de quibus anima depingitur et ornatur ut sponso celesti placeat cum quo electa sponsa debet in eterna vita copulari. Septimo quia nichil utilius est hominibus divitiis spiritualibus scilicet virtutibus. Unde Sap. 8: que valent in vita et faciunt omnia opera meritoria in morte quia feliciter moriuntur. Unde Apoc. 14: Beati mortui qui in domino moriuntur. Item faciunt ipsam mortem corporis preciosam. Unde dicitur in psalmo 115: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Item post mortem eternam gloriam consequuntur propter divitias spirituales. Sed divitie temporales modicum modicum valent in vita ad presentem vitam. Eterna ad nichilum valent nisi ad os et ventrem replere primo et

tegere nuditatem corporis. Unde apostolus
habentes alimenta et quibus tegamur
his contenti simus. In morte nichil
valent quia nec corpus a vermibus in-
festandum in vita conservare possunt quia
moritur pauper moritur et dives
nec animam a demonibus. Propter quod
nulla poterunt divicie in die obitus
per mortem sepius nocent multis
quod condivinavi scilicet eorum de ipsis quod
acquisiverunt et lucrati sunt et quod re-
cepisse et possidere. Quarto ad 3um
propterea dicit apostolus de diviciis tem-
poralibus. Unde stipendium Quarto divicie
temporales non sunt hominis. Et in prin-
cipio hyemis videmus quod homo nascitur
nudus intrat mundum. Nam videmus
quod terra vestita et decorata est vi-
ridibus et herbis et floribus in
crescentibus arboribus coronatis et
foliis. Quidem lucidus aves plu-
mis et pennis. Sed solus homo nudus
creatus mundum nascitur. Et post-
modum nudus in terram revertitur et
sepelitur. Job 1. Nudus egressus sum
de utero matris mee et nudus re-
vertar illuc. Apostolus nichil in-
tulimus in hunc mundum etc. Unde si
divicie temporales essent a natura hominis
utique natura nos divites generaret. Et
ista modo decent homines attendere ne
apponant corda sua diviciis. Iuxta illud
quod legitur in psalmo 61. Divicie si afflu-
ant nolite cor apponere. Nam divicie
temporales vere sine peccato acquiruntur.
Unde apostolus. Qui volunt divites fieri
incidunt in laqueos diaboli. Unde hic quid
est quod quis peccat per divicias tempora-
les. Primo quia inordinato modo appetendo
bona aliorum contra Deum et iusti-
ciam. Item appetendo iniustas res hec
scilicet ad malum finem, id est ad peccandum, quoniam
ut ad superbiam huiusmodi etc. ‖ Ille qui
nimio appetitu et amore afficitur ad
temporalia quamvis non iniuste vel-
let ea acquirere non quia ille appeti-
tus et amor temporalium superat amorem
Dei et appetitum sue salutis. Talis
eciam sicut prius peccat. Sed quod quis appe-
tit alienum cum voluntate contraria
scilicet si posset habere sine offensa Dei
ac iniuria proximi. Et tunc vel nullum
2 vel solum veniale est peccatum. ‖ 2° peccat
quis per divicias temporales iniuste
acquirendo scilicet non usuram vel ludo
vel per fraudem vel emendo vel ven-
dendo vel per furtum vel rapinam.
Nam quocumque modo quis res temporales
iniuste lucratur et ablatam peccat et
tenetur ad restitutionem si vult sal-
vari. Unde Augustinus. Non dimittitur
peccatum nisi restituatur ablatum. dicit
3 ye. Ecclesiastici ‖ Tercio peccat quis
per divicias male expendendo scilicet quod
utitur ad peccandum contra Deum. Tales
sicut prius dampnantur eciam si nullas
res iniustas haberent. Sicut patet de
illo divite epulone de quo legitur Luce
16. Qui induebatur purpura et bysso et
epulabatur cotidie splendide et
sepultus est in inferno. Et tamen non
legitur scriptum de eo quod fuit sive rap-
tor vel usurarius. Sed quia res suas
male expendit scilicet in superbia vesti-
tum et gula et epulis ideo dampna-
4 tus est. ‖ Quarto peccat quis divi-
cias nimis avare retinendo sic quod
de superfluo pauperibus non subvenit
in necessitatibus suis et tamen tenetur

raptore coram deo Unde et amb° Non modicus est dolor hunc tollere quod nil possit egentibus denegare Ergo tantorum statis reus ma dere bona quantum posset dare et nolis Ergo possides temporalia de pauperibus pone dare Unde Aug Da christo in terra qui tibi reddet in celo Non modicus dolor in vita presenti quando quis sibi ipsi subtrahit et propter deum deo plus dat quam mille in morte vel post mortem Unde Ambros Bona hominis non sunt que secum ferre non potest Unde Crisostomus super Matheum Quicquid pro anima tua feceris hoc tuum est quicquid hic relinquis perdis // Aliud non commune de illo qui a diviciis suis consequitur consolacionem in agone et non invenit Unde legitur Dives quidam cum in morte a diviciis auxilium imploraret et non posset ab eis habere respondit Ait O fallaces divicie toto corde vos honoravi et amavi et in tanta necessitate positus non aliquod auxilium a vobis nec solacium recipio hec patet eo tis me deseretis nec volo me sequi et ergo dimitto vos Et hijs dictis distribuit omnia sua pauperibus D. 19.

Renovamini spiritu mentis vestre Ad eph. 4. 2 Apostolus admonet nos ad renovacionem spiritus que fit hic in presenti et tamen in futuro renovabimur corpore de qua eciam dicit apostolus ad philipp 3 Salvatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue Et ista futura renovacio corporis non fit nisi precedat in presenti renovacio mentis Ad quam apostolus hic nos hortatur dicens Renovamini spiritu mentis vestre Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in presenti epistola // Primo de renovacione mentis // Secundo de recidencia et vindicta // Tercio quomodo deus propter peccatum mortale offenditur // Circa primum quod tangitur hic Ad quod sit admonicio de renovacione cum senectute ad iuventutem non sit regressio Dicit Wilh lugdun primum vetustas dicitur eo quod vetustati in effectum multiplici assimilatur // Primo senectus corporis mortem propinquam facit Unde Aristoteles Omne quod senescit prope interitum est Sic peccatum mortale facit hominem propinquum morti eterne Unde in ps 106 appropinquaverunt usque ad portas mortis // Secundo senectus visum obscurat Sic peccatores non possunt videre nec miseria sua in mundo nec supplicia sua in celo nec ec pita propria nec cum mortem eternam et propinquam Unde Sap 2 Excecavit eos malicia eorum // Tercio senectus debilitat sic quod non possunt solidum cibum comedere sed pulmenta et sorbiculas Sic peccatum facit quod solida id est eterna non sapiunt neque sapiunt sed flexibilia id est transitoria huius mundi Et delectaciones corporales sibi sapiunt apostolus ait homo non percipit que dei sunt // Quarto senectus canicies causatur ex defectu caloris naturalis Sic peccatum aufert calorem dilectionis dei et proximum dat to inmundo hic terrorem Sic peccatum contrario amorem dei mutat hominem ad amorem terrenorum rerum Unde in ps 16 Oculos suos statuerunt declinare in terram Item uxor facta est et mutata usque in finem pro paucis audivit de mandatis pro

de deo potius videmus flocorum quod
sacramentum eucharistie plus et frequen-
cius cogitat de temporalibus quam
de spiritualibus // Sexto tinea me-
vore quod defectum naturalis caloris
consumpte. Unde dicitur in psalmo lxx°
Ne proicias me in tempore senectutis
cum defecerit virtus mea. Item psalmo
Ne proicias me a facie tua etc. Ergo
peccatum hominem debilitat ut ad im-
pulsum parvum inclinatur in peccatum. Unde
Gregorius. Peccatum quod per penitentiam non
diluitur mox suo pondere ad aliud
trahit // Septimo multitudo vicio-
rum. Cuique in regis opus tube
Sic peccator vis esse et iactas te
etc. unde peccatum addes super aliud
Unde duplicem gravat qui se de-
licto iactat. Augustinus. Antiquitate
hortatur nos apostolus renovandi
dicens Renovamini spiritu mentis
vestre. Ubi sciendum. Quod volatilia lin-
quunt. Et septem species renovacionis
in creaturis inveniuntur que osten-
dunt hos diversos modos sive reno-
vacionis // Prima species fit per ignem
Sicut ferrum renovatur a rubigine
Et etiam aurum et argentum sic pur-
gantur. Sic videtur dominus illius
corpus renovare hominem quod ponit
eum in igne tribulacionis dando ei
infirmitatem corporis. Unde Ambrosius
Infirmitas corporis sobrietas est
mentis. Unde Ecclesiasticus. Augustinus. Sicut lima
ferrum per scoriam sic tribula-
tio virum iustum // Secunda species est
in serpente qui cum senuit et
propter diuturnitatem pellis non potest se bene
vertere abstinet pluribus diebus deinde
ingreditur arctum foramen ubi pel-
lem relinquit et sic fit renova-
tus. In quo designatur renova-
tio que fit per arctam penitentiam et ab-
stinentiam. Unde Matthei. Arcta est via que
ducit ad vitam. Unde Bernardus. Si
vis exigere primam puritatem oportet
membra corporis affligere iudica-
re te ipsum ut non incidas in
manus dei viventis // Tercia species
est in aquila ut dicitur psalmus Re-
novabitur ut aquile iuventus tua ut aqui-
la. Ubi dicit glossa Aquila dum
senio gravatur rostro existente
nimis prolixo os aperire et cibum capere
non potest. Unde incipit languescere. Sed demum
naturali instinctu allidit rostrum suum ad pe-
tram et comminuit onus rostri quo
cibus impediatur et tunc redit
ad cibum. Et postquam est restauratus
viribus tunc elevat se in altum ad
calefactionem solis. Et postea
in talem coniungitur ubi et tunc mer-
git se in scaturientem fontem
et per omnia reparatur ei ut fi-
at iuvenis. In quo designatur reno-
vacio que fit ad consideracionem
dominice passionis. Cristus enim in
statu veritatis petra dicitur. Et hoc propter
perfectionem primam. Unde Canticum. Veni
columba mea in foraminibus petre
id est in vulneribus Christi. Et tunc vetustas
rostri ad petram allidetur quod pro-
certo quod consideracione passionis
a peccatis mortalibus revocabitur
Unde Augustinus. Nulla medicina tanta sit
quanta cogitacio non potest. Nam quo
superbia sanari potest si humilitate
dei non sanatur. Et quo avaricia
sanari potest si paupertate filii dei
non sanatur. Et quo iracundia sa-
natur si filii dei passio non sanat
Et quo impietas sanari potest si

filij dei caritate non secantur. Unde etiam Bernhardus: Lacrima est magis efficax ad impetrandum consilio voluntaria nec etiam ad superandum victus anime quam volnere corporis sedula meditacio.

// Tercia species emonationis est in corde de qua dicit glossa super ps. 41: Quemadmodum desiderat cervus etc. Cervi cum comederint serpentes veterascentibus pilis atque cornibus antequam serpentes quidem tam naturali inimicitate et hauserit naribus venenum a serpente quo hausto veneno estuat ad fontem ad bibendum ardentissime desiderat quo hausto venenum in aqua emittit et per hoc pilos et cornua deponit. In quo notatur nobis emonacio que fit per lavacrum et lacrimarum effusionem ex contrito corde per quam anima peccatoris [illegible] incipit emonari. Unde Bernhardus: O quam una lacrima de puro corde et contrito plorata plus diluit animam purgat quam vicinus [illegible] infra spacium [illegible] amore. Item de maria magdalena et sanctis [illegible] tempore negavit. Unde Crisostomus super matheum: Nichil ita ut dolor conglutinat et constringit ut lacrime quasi et per dolorem et timorem anime fundit.

// Quarta species est amplior que fit singulis annis in novo devotionis renovatione que fit per spiritum sanctum. Unde predicta perfectio novitatis quam hodie per apostoli in predicti vita receperunt ex illustracione spiritus sancti qui animam super omnia illustrat et clarificat quemadmodum radius solaris cristallum per omnem partem penetrat et ipsam in plenitudine sui transformat. Sic et spiritus sanctus facit animam. Unde Fulgencius in sermone: Sicut radius solaris subita illustratione totum mundum illustrat Sic divina gratia subita visitacione totam mentem illuminat. Unde etiam Augustinus in libro confessionum: Quando michi dabis ut venias in cor meum et inebries illud ut obliviscar omnia mala et amplectar te solum deum.

// Quinta species emonationis que fit in fenice qui quando senuit congregat ligna aromatica in nido suo et alis suis ignem concipiens seipsum comburit. Et ex cineribus suis avis sive species generatur. In quo denotatur emonatio que erit in glorificatione corporis quod implebitur illud Apocalipsis 21: Ecce nova facio omnia. Unde Anselmus: In illa vita pulchritudo iustorum solis equabitur pulchritudini septempliciter quidem non sit splendidior adequabitur.

// Quantum ad 2am partem illius sermonis dicit hic apostolus: Irascimini et nolite peccare. Ubi sciendum quod appetitus irascibilis datus est homini ut resistat viciis et malis suggestionibus. Et ex indignatione non patitur se trahi ad consensum peccati et detestatur malos motus in se et in aliis quantum potest et ulciscitur iniurias dei et transgressiones iusticie. Sic leguntur quidam irati fuisse phariseis et aliis malis non recte facientibus et etiam alii viri sancti. Unde Joh. [illegible] doctor dicit: Qui [illegible] dominus me quod remedia debebat hec contra iram indicere. // Secundum panormiam vero [illegible] et firmando. Ira namque quando [illegible] quod non [illegible] est in [illegible] qui resistit sed pro [illegible] quod [illegible] signo [illegible] ante [illegible] sed pro vacha. Tercius quod [illegible] mundo [illegible] ante [illegible] vit [illegible]. // Tercium quod [illegible] facto [illegible] quod dictum est antiquis non occides [illegible] ante

istorum iudeorum christus conquerendum fuit eo
modo vnde ysa. lz. Non erat christus
nostris tribulantibus // 2 Secundum remedium fuit
eius tacere patet in concilio iudeorum
ubi audiuit contra se dicere falsa
testimonia. Et etiam coram pylato
et coram herode tempore sue passionis
quando tacebat sicut agnus coram tondente
quod fuisset amplius grauatus.
Sicut enim igne nec subtrahuntur ligna
vnde Eccl. 8. Non litiges cum homine linguato
et non strues in igne ligna eius.
Sic etiam fecit Christus. Tercium remedium
ad dimicum contra maledicta fuit responsio
quasi sicut dure leni allidatur // Quartum
remedium contra iniurias iudeorum fuerunt
verba pacifica vt patet Jo. 8. Cum ad
maximas iniurias ipsorum illatas scilicet
vocantes eum demoniacum et samaritanum
mansuete respondit: Ego demonium
non habeo sed honorifico patrem
meum et vos inhonorastis me. Crysostomus
dicit super Joh. Et ista duo improperia
iudei christo sepius imposuerunt
scilicet dicentes eum samaritanum
et demoniacum. Et tunc dixerunt eum samaritanum
tamen manifestum sit quod ex
iudeis sit natus. Ratio quia hoc sibi fecerunt
in odium et improperium. Item
samaritani odiosi erant iudeis eo quod
quosdam ritus seruabant quos non
fecerunt iudei. Et etiam filiorum israel
terras possiderunt ad huc tamen gentiles
manentes vnde Joh. 3. Non coutuntur
samaritani iudeis. Et tunc dixerunt
ad demoniacum. Ratio quia cogitationes
occultas ipsorum iudeorum reuelabat
et cognoscebat. Et sepius reuelabat
eis ad cogitationes ipsorum quod deo
ius prodere fieri dixerunt // Quintum
remedium fuit ab eis recedendo. Luce
4. Cum iudei in ciuitate nazareth
duxerunt super culmen montis super quod
ciuitas illa erat sita vt precipitarent
eum ipse autem transiens per medium
illorum ibat. Simile Joh. 8. Cum tulerunt
lapides vt iacerent in eum
Jesus autem abscondit se et exiuit
4 de templo // Sextum remedium fuit
beneficiorum largitio non obstante
eorum in ista [illegible] vitans et
docens salubriam doctrinam Joh.
8. Si quis sermonem meum seruauerit
non gustabit mortem in eternum. Et
in hiis debemus sequi christum quia actio
est nostra instructio. Unde Augustinus
de vera religione. Tota vita christi
quam gessit in terra disciplina morum fuit.
Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam
vestram i. non durat ad occasum
solis. Contra hoc faciunt multi
homines qui iram non mitigant et
mutuas iniurias proprias. Et isti sunt
1 valde mali. Et hoc contra tercia // Primo
quia non veri et boni christiani qui conueniunt
in baptismo ad habendum
nolle ad parietem. Et sic se habent
ad proximos suos peccata sua remittit
ad eos Math. 6. Si non dimiseritis fratribus
vestris nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. // Secundo
2 sicut holofernes gentiles de
quo Judith 3o dicitur. Cum ferocitatem
animi eius nemo mitigare poterat.
3 // Tercio quia pessimus est sicut sunt
dyaboli. De quo dicit Gregorius. Cum
nullo potest placari obsequio. Unde quidam
recte lesus tenetur dimittere offendenti.
// Secundo quia consequendum ad tempore
rancorem intrinsecum cordis quo ad rationem
vel non immemor est. Et ratione ipsius non petiti
impenitenti non tenemur dimittere penam
exteriori. Sed quilibet nostrum
iustitiam et satisfactionem requirere ab

offendenti Unde dicitur Judicum x
Nonne tenetur in speciali dimittere sibi
illatam iniuriam sibi sic satisfacienti xxiii
q. i. Et illud Cum ad sancta-
rum patrem dixit hec apostolus Noli te Leon-
dam dyacono Leonem dyaconus dicit qui de-
inde a se per peccatum mortale repellit
et dyabolum intromittit quod non potest
fieri nisi magna iniuria dei Unde
Bernardus Timeo enim quod tanto maius
sit culpa quanto dignior et nobi-
lior est illius qui offenditur quod excel-
lencia principis quanto tanto peccatore
iniuria contra maiorem fuerit eam
minus necgligitur [illegible] Ubi ergo
tamen Cum nichil in universitate
creature tam offendit deum sicut
peccatum mortale hoc solum est quod
deum offendit et sibi summe displi-
ceat Omnia enim que in mundo sunt
opera et creature dei sunt Sed ipsum pec-
catum solum est ex operibus dyaboli
Unde deus maxime offensus fuit per
peccatum superbie ut luciferum cum cete-
ris angelis apostatis de celo eie-
cit et in infernum precipitavit Et
tanta est multitudo qui ceciderunt sicut
athomi in sole Item per peccatum ino-
bediencie primos parentes de paradyso
eiecit et ipsos parentes et omnem eorum
generacionem diversis miseriis defec-
tibus et passionibus afflixit
Nam ipsum peccatum est causa omnium mi-
serie quam in isto mundo sustinemus
ut famem sitim frigus dolores in-
firmitates et demum omnibus homi-
nibus a minimo usque ad maximum conve-
nit mortis imposuit per peccatum
primorum parentum Ut augustinus in libro de
questionibus novi et veteris testamenti dicit
Adam fecit quod qui deum non offenderet
in immortalitate vigeret Ille deus
maxime est offensus contra peccatum homi-
num quod totum mundum per diluvium delevit
exceptis viii hominibus qui in archa Noe
manserunt Item Sodomam Gomorram
Adamam Seboym et Segor has
quinque civitates et totam terram cir-
cumquaque cum hominibus et iumentis
igne et sulphure subvertit excep-
tis tribus personis scilicet Loth cum duabus
filiabus suis qui salvati sunt in mon-
te uno quem ascenderunt per iussum
angelorum qui eduxerunt eos de So-
domis Item in tantum deus odit pec-
catum et in tantum offenditur per peccatum
mortale quod non est aliquis sanctus
in celo quantumcumque sibi carus Si pos-
sibile esset quod mortaliter peccaret eius ami-
cicia dissolveretur et caderet eum de suo
regno et cum lucifero ad infernum
precipitaret Item adhuc hodierna die
deus omnipotens cuius magnitudinis non
est finis maxime per peccatum offenditur
quod propter unum peccatum mortale homines
dampnat eternaliter quantumcumque [illegible]
nisi hic penitenciam agat Et ideo ma-
xime offenditur deus per peccatum mortale
Sed dicitur quid ergo restat peccatori a-
gendum qui deum multipliciter et gra-
viter offendit Respondeo nichil restat
sibi nisi ut veram penitenciam agat et
se humiliter coram deo humiliat et cum
humilibus lacrimis veniam petat Tunc
deus placatur et dimittet sibi peccatum
et offensam Exempla dicitur in psalmo
Cor contritum et humiliatum deus non
Sic faciebat illa peccatrix scilicet ma-
ria magdalena que humiliter procidit
ad pedes ihesu et amarissimis lacri-
mis cepit rigare pedes eius Unde
Luce vii capitulo quod dominus dixit
ad eam dimittuntur tibi peccata tua
vade in pace Et sic ipso modo ipse be-
nigne peccatorem recipit quando

per vocem primam ad ipsum direxit primo enim volebat peccatorem prope ad se. Propter illud Jere. 3. Revertere ad me et ego suscipiam te. Et in sermone hic secundum Augustinum in libro de virginitate. Christus in cruce habet caput inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Unde contingit quod juvenis quidam religionem intravit qui in seculo fuit delicate nutritus. Et ideo vitam austeram sue religionis sustinere non poterat. Panis enim erat niger et durus et vinum acre et dissimilia et omnia sibi videbantur contraria que fuerunt ordinis. Et ideo petivit a suo prelato licentiam recedendi dicens se non posse pati ordinem. Tunc dixit prelatus qui erat vir discretus: Frater non potes tu credere quod professus es in religione ista, sed habere confidentiam in deo et rogare eum ut possis tu alias sustinere quod fortassis a dyabolo temptatus est. Ille acquievit bene tempore et iterum temptatus est et mutato habitu revenit ad seculum. Tunc eunti sibi per viam apparuit Christus in specie cuiusdam juvenis et sequebatur eum per eandem viam. Ille autem festinabat quantum desperatus nesciens quis deberet esse. Christus autem sequebatur eum clamans: Expecta me. Ille autem amplius currebat. Tandem dominus vocavit eum nomine proprio dicens ei taliter: Frater expecta me et ibo tecum. Tunc reatus quod vocabatur frater a vocante duobus sed admiratus quis ei dixisset nomen suum et quod fortius cepit in voce et proprius altius clamare. Tandem tedio victus expectavit eum. Et cum Christus quesivisset ab eo quo vellet, Redit quod ad te: Ego ibo viam meam, sed et tu ubi scio facere. Tandem prolixius victus dixit ei quod religionem dimiserat et ibat ad seculum. Tunc Christus elevavit vestem et brachium et latus discooperuit. Et vidit eo vulnere lateris Christi sanguinem fluere. Et dixit ei: Revertere ad locum tuum. Et quando invenies panem nimis durum et alia tibi contraria intinge in latus illud et erit tibi totum suave. Et tunc ille rediit et postea sancte vixit. ·Dominica 20·

Subiecti estote in timore Christi. Ad Ephe. 5. In verbis istis hortatur nos apostolus ad obedientiam que est mater et origo omnis boni et consummatrix omnium virtutum. Unde Gregorius in libro Moralium: Obedientia sola virtus est que virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit. Ergo dicit hic apostolus: Subiecti estote. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de virtute obedientie et vicio inobedientie. 2° de timore honore hominum. 3° de fructibus sub uno exemplo. Circa primum sciendum quod obedientia est clavis paradysi et via celi. Christus primum per inobedientiam ejecti sumus de terrestri paradyso, sic per obedientiam introibimus celestem paradysum. Prefigurum hoc dicitur Matthei 2° capitulo: Magi per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Unde Bernardus: Nichil angelis carius, nichil deo preciosius, nichil homini fructuosius quam obedientia omnibus modis fore et servare. Unde quilibet tenetur secundum proprie potius sibi obedire. Et enim prelatus in preceptis eius suum in festos celebrando et in ieiuniis ecclesie ieiunando et in dominica die totam missam audiendo Et in quadragesima peccata sua confitendo Et in pascha Eukaristiam sumendo Christus vero in ewangelio Luce 10 c. Qui vos audit et qui vos spernit me spernit Unde de hoc dicitur In decretis c. Qui contempserit communionem contempserit et illud quod posuit eum dist. 20 In nono in Cris. In sermone Magnum mobile vicium quo angelus celum Adam paradisum Saul regnum Salomon perdidit amorem domini Unde hic queritur utrum inobediencia sit peccatum mortale Rest Tho 2a 2e q 104 Sic inobediencia contrariatur caritati dei qui exigit ut eius preceptis obediatur In preceptis autem divinis continetur ut superioribus obediatur Unde ad Ro 13 c. Qui potestati resistit dei ordinacioni resistit Item contrariatur dilectioni proximi inquantum superiori proximo subtrahit obedienciam quam ei debet Ubi nondum c. 24 deus abominacio inobedienciam committere puniunt Nam per transgressionem unius precepti de non edendo fructum vetitum primi parentes et tota posteritas dampnata est Gen 20 Item 2m preceptum quidam transgrediens per blasphemiam adeo iubetur quod rasbea ab omnibus lapidari Levit 24 Item 3m preceptum quidam transgrediens qui modica ligna sabbato colligens fuit lapidatus per iussu dei Num 15 Item Saul contra dei preceptum servans victimam de regno capitur ut a demonio possideretur 1 Re 15 Item Oza archam dei contra preceptum tangens subitanee a deo occiditur 2o Re 6 Ideo psalmista 118 dicitur Tu mandasti mandata tua custodiri nimis i. valde Unde studere debemus solliciter obedienciam obedire servare Unde Bern

G

de precepto et dispensatione Quidquid vice dei precipit homo quod non sit certum displicere deo haud aliter est acceptandum quam si precipiat deus Idem Bern Obediencia quam maioribus prebetur deo exhibetur Item de obediencia legitur enim quod duo fratres carnales venerunt in quoddam monasterium habitare Et unus ex hiis erat religiosus valde alte habens obedienciam grandem Cui ergo abbas precepit ubi fiat hoc et fecit in hoc experimentabatur in monasterio quod talem obedienciam haberet invidit frater eius ille religiosus et dixit intra se ipsum Temptabo hunc fratrem meum inquam quod in ... in quodam loco Et dimisit eum abbas Cum ergo pariter transirent voluit temptare eum et promisisset ad flumen in quo erat multitudo cocodrillorum dixit ei descende in flumen et transi et descendit ille Et venerunt cocodrilli et ceperunt lingere pedes eius et ei non nocere Quod cum vidisset ille dixit ei Ascende de flumine Et eamus Et cum irent invenerunt corpus mortuum iacens in via Et dixit ille religiosus Si haberemus aliquid ex vetibus vestimentis mitteremus super illud Cui frater dixit Oremus si forte suscitet illud deus Et stantibus illis in oratione suscitatus est mortuus Et laudavit se ille religiosus dicens propter religionem meam suscitatus est mortuus ille Manifestavit autem deus patri in monasterio opera eorum scilicet Et quemadmodum temptavit fratrem suum in cocodrillis et quod mortuus surrexisset Et postquam venerunt in monasterium dixit abbas ad illum religiosum Quare sic fecisti fratri tuo frater quod propter obedienciam suam surrexit mortuus ille

7

N

‖ Quantum ad 2am partem dicitur hic
apostolus In timore Christi Vbi sciendum
quod quibuscumque consideramus etiam quantumcum-
que bonus semper debet stare in timore
1 dei Et quidem tribus primo quia vtrum
de peccatis preteritis satisfecerit deo igno-
rat certus est de culpa sed incertus
de venia vnde Ecclesiastici v De propiciatu
peccatorum noli esse sine metu Item proverbiorum
verbiorum dei Iacobus pt dicit mundum
2 est cor meum purus sum a peccato ‖ 2a
racio vtrum bonitas sua placeat deo
ignorat vnde apostolus Non enim qui
seipsum commendat ille probatus est
Salomon Est via que videtur homini
recta Apoc 3 Dicis quia diues sum
et locupletatus et nullius indigeo
Nescis quia tu es miser et miserabilis
Nescis vtrum preces tue direxisti quod de-
us acceptauit vel vnum die deo dedi-
sti ‖ Tercia quia cadere potes Luci-
3 fer cecidit in celo Adam in paradi-
so Iudas inter discipulos Christi Quomodo
nos securi esse possumus in hoc mun-
do qui est plenus laqueis Iuxta
ps. 90. ait Bernh Nulla est
securitas in hac vita fratres Nec in
celo nec in mundo In celo enim cecidit
angelus sub presencia diuinitatis In pa-
radiso Adam Iudas de scola saluato-
ris vnde etiam Augustinus li. 10 confess
Nemo securus debet esse in hac vita
que tota temptatio nominatur vt qui fieri
potuit ex deteriore melior ne fiat
etiam ex meliore deterior vnde apostolus
Qui se existimat stare videat ne
4 cadat ‖ Quarta quia nescit quid deus
vindicare velit peccata Quinta quia per
infirmitates Quartum sicut fuit tercius
clauditur legitur Quidam in causa sua

conscienciam subtrahendo quod erit aridus
et nullam dulcedinem senciat am-
plius in corde et in anima sua Quidam
in corpore et in anima sunt puniti pro
peccatis suis ‖ Sexta quia nescit quo
fine ab hac vita discedat vtrum
ad vitam vel ad mortem Eccl 9 Nes-
cit homo an amore vel odio dignus
sit Septima quia est in gracia Tamen in
agone vel in articulo mortis potest cadere
et peccare nisi dominus conseruet eum vnde
dicitur in ps 126 Nisi dominus custodie-
rit ciuitatem Ergo timendum est nobis
in quocumque statu sit Octaua secundum
Wilh. lugdun. De quocumque statu
aliqui dampnantur Aliqui in medio
vidimus reges nobiles ciues et rus-
tici Sutores fabri et pistores
hominem vnde Iere 13 Consolatio
absconditum est ab oculis meis quia
ipse inter fratres diuidet Et Lucas ibi
de ... vnde Luce 17 Duo erunt
in lecto vno vnus assumetur alter re-
linquetur vnde legitur in vitas patrum quod
abbas Helyas ait Tres res ti-
meo vnam quando anima mea egressura
est de corpore ‖ 2am quando sum occursu-
rus deo Terciam quando fuit de me
proferenda sentencia vnde in ps Seruite
domino in timore vnde etiam Ysidorus vbi timor
non est ibi nec salus Eccl 1 Qui
non in timore domini tenuerit te cito
‖ Quantum ad 3am partem sciendum quod
senes dicit sibi multum timendum Tercia
dicit Seneca Senes habent mortem
ante oculos Iuuenes post tergum vnde
queso de senibus iam hic dicendum
est de quibusdam condicionibus senum Et
quod se in hijs habere debent ne deum
offendant ‖ Prima condicio est de-
fectus quia senes facile prouocantur

et difficile ceciderant. Nam naturaliter sunt passionati et plenissime doloribus et infirmitatibus. Unde Ecclesiastes xii. Omnia caligabunt, aures surde fiunt audiendo. Capilli flavi facies in pallorem mutantur. Dentes minuuntur. Cutis arescit, pectus suffocatur, manus tremunt, pedes tumescunt. Homo qui senescit hiis omnibus aggravatur. Et hec omnia continua doloris vita predicat. Insuper etiam ceteris sunt et querulosi, non quia cotidie conqueruntur de senio suo et de defectibus suis. Unde Tullius In libro de senectute: Tanta in hominibus stultitie inconstantia ac perversitas est quod omnes etatem adipiscuntur et etatem eandem adeptam accusant. Omnes enim inpigri sunt annis. Et quemadmodum extrinsecus queruntur et tediosi et passionati et infirmi. Unde Augustinus: Cum homines optant senectutem quid aliud optant nisi infirmitatem longam. Et dicens: Quid dicit sicut habet in illo defectu. Re. quod senes debent esse mites quomodo qui dicit Math. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Et necessit beatis Math. v. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram et pacientes. Math. v. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sic per oppositum in impatientia perdit possessor animas suas. Unde Aristoteles i. Topicorum ii. Sicut oppositum in opposito et oppositum in opposito. Ergo senes debent infirmitates et debilitates suas deo offerre pro peccatis et pro purgatorio suo. Nam per infirmitates effectum pene purgatorii est. Sicut deceremus effectum mille gladiorum vel sicut alicui deberet abscidi membrum vivum sicut pes vel manus. Et converteret sibi omnis. Nam tanta est pena purgatorii ignis quod si omnia ligna et omnia combustibilia huius mundi incendia arderent et si quis in medio illius ignis staret non tantam penam haberet sicut habet in purgatorio. Unde dicitur in decretis: Ignis purgatorii nulla pena temporalis comparabilis dis. 24. Quia in aliud est et in illo igne isti amores consumuntur puniuntur quod passi sunt a iuventute quoniam nisi hic puniantur per tribulationes et infirmitates. Unde Ingo. li. 6. dis. 20. Dicit quod infirmi impudici non dimittit delictum. Ita conditio senium est quod gaudet sunt multorum verborum et loquuntur de antiquis factis. Unde Innocentius de vili conditione humane: Senex celer est ad loquendum tardus ad audiendum laudat antiquos et spernit modernos vituperat presentia et commendat preterita suspirat et angitur torpet et infirmatur. Unde poeta: multa senem circumveniunt incommoda. Et quam multum reprehensibile est maledicta defunctorum innovare et infamare coram viventibus qui nichil sciunt de excessibus antiquorum. Et in hoc consumuntur peccata infamando defunctos qui se iam non possunt defendere. Et insuper a deo iam iudicati sunt et puniti pro excessibus suis. Et quod peius est, Quia iactat se de maliciis suis et peccatis que in iuventute commiserunt. Et adhuc delectantur loqui de talibus temporibus factis et cogitare et audire. Et hoc est signum quod habent corda impudica et sunt homines mactabile dierum. Math. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et sic illud hoc insinuat iuvenes et

prebent eis malum exemplum Unde
Gregorius Tot mortibus quod dignus
est quot exempla perversitatis in pos
teros derelinquit Quarto dicitur quod se
debent habere in illo deserto ne deum
offendant Respondetur quod debent habere verba
honesta et utilia et bona Unde Augustinus
in sermone Oportet ut senilis sermo
non solum sit gravis sed etiam brevis
Unde apostolus Omnis sermo malus
ex ore vestro non procedat Et raro
ex iuvenes dum retinent verba seniorum
dicendo quidam dixit ista verba an
dum ante plures annos ab avo
vel patre meo vel a matre mea Et tertio
relinquere bonum exemplum hominibus iuveni
bus hoc erit eis meritorium Unde Te
rentius Senectus exemplum vere humilitatis
et perfecte caritatis ostendere cum ra
tus et per tantae etiam primam possidet
bus // Tertia conditio senum est quod sunt
cupidi et avari et tenaces Unde primo
de vitis patrum hyndine Senex est tenax
et cupidus et tristis et querulosus
Nam senes experti sunt quod res tempo
rales faciliter perdunt consumi sed diffi
culter lucrari Et ipsi iam deficiunt in
corpore et non amplius laborare
et consequenter timent sibi deficere et
quidem parci efficiuntur Unde Augustinus
in sermone Cum cuncta vitia in sene
senescunt sola avaricia iuvenescit
Unde Seneca monstro similis est ava
ria senilis Quid enim stultius est quam
via deficiente viaticum augere Aliqui sunt
etiam qui xx annis dicunt adhuc vivere
posse habere nec volunt aliis impen
dere Nec audent pro se uti fortassis
in bonum tempore moderato Et relinquunt
alienis divitias suas vel etiam heredi
bus suis qui male consumunt et eis
in modico subveniunt // Quarto dicitur quod

dicitur se habere in illo deserto et quo
modo // Respondetur Quod debent deo confiteri qui
eos pavit a iuventute sua quod etiam
in senio pascet eos usque ad finem
vite Unde dicitur in psalmo 70 In te co
gitatio mea in deo et ipse te enu
triet // Quarta conditio senum est
quod sunt multum suspiciosi et incredu
li Nam non faciliter credunt aliis, quod
est quod dum experierunt et in multis de
cepti sunt et experti fraudes et ma
licias impiorum hominum Sed iuvenes
inexperti faciliter credunt aliis Quinto di
citur quid se habere debent in illo deserto
ne deum offendant // Respondetur quod semper
debent illud dictum Christi mente revolvere
ut habetur Luce 6 Nolite iudicare et
non iudicabimini Et omnia dubia in
meliorem partem interpretari et non fa
ciliter credere mala que audiunt
de proximo Unde dicitur Si quis dixerit
tibi falsum de alio proximo et crimina
tio accedit uterque reus erit prius
et non solus // Quinta conditio senum
est quod qui a pueritia male consue
verunt usque in senio redeunt et pecca
ta committunt Unde prima pars adole
scens iuxta viam suam incedit et
cum senuerit non recedit ab ea Unde
Proverbiorum .i. et Ieronimus difficile est quod
suescit consuetudini que applauserit
ne Non enim est nimis leve contra dentes
psalmorum de lapidibus filios Abrahe
Quarto dicitur quod se debent habere in illo
deserto // Respondetur quod ipsi senes a peccatis
retrahant cotidie debent sibi ipsos
vel mortem proponere Unde Ecclesiasticus .i. Memo
rare novissima tua et in eternum non
peccabis Unde etiam Gregorius Nihil est quod sic
revocat a peccato quam frequens
meditatio mortis Unde Hugo de

claustro aut li. c. Tres sunt
mortis indicia. Canities insuper in-
dicat senectutis. Ideo debet deum
invocare humiliter et devoto corde
dicendo cum david ps. 70 Ne proicias
me in tempore senectutis cum de-
fecerit virtus mea. Et recupera-
re tempus perditum in bonis o-
peribus. Sed dicet quis amplius non pos-
sum remedire peregrinari et mace-
rare vel multum orare. Respondeo bo-
nus paratus et habeas bonam volun-
tatem et deus recipit voluntatem
pro facto unde augustinus Coronat deus
voluntatem ubi non invenit facultatem.
Et tales senes debent conari ad
hoc ut habeant puritatem et mundi-
ciam cordis et etiam corporis unde dicitur
in decretis Quanto senes sunt mo-
re vetustiores tanto debent esse puri-
ores dist. 86 Tanta unde est. Ci-
prianus plus omnibus aliquibus
commendare senibus convenit unde
Ambrosius Erubescat senectus que
se emendare nescit. Aliud sciendum
Quarto juvenes debent senes honorare
propter senium unde levitici 19 Coram cano
capite consurge et honora personam
senis. Ratio est quia senectus est ple-
na bonitate et virtute licet quandoque
fallat unde dicitur in decretis de se-
nibus presumendum est bonum 189 q. 2
Diffinimus unde Beda senectus
venerabilis est honoranda et
Contra hoc faciunt qui honores anti-
quos provocant et derident. Et in
hoc volunt recreare quod non vergit
in periculum animarum ipsorum quia forte
in futurum per talibus plangunt quando
amare. Unus enim maledicitur

M

et murmuracionibus et blasphemias quas
ille semper provocatus proferret apud lugentes
que est regula juris. Cum ergo deus
in dat dampnum dedisse videtur. Ergo
quod deus aliquos peccatores non semper
De illo qui fuerunt spacio 40 annis
et postmodum 30 annos deo et salva-
tus est. Require in sermone de tempore

1. 122. I

Induite vos armaturam dei ut
possitis stare adversus insidi-
as dyaboli. ad eph. 6. Quia
in mundo isto sumus in stadio certaminis
positi sumus ubi undique ab hostibus
certos ante post supra infra intus et extra
gravie impugnamur. Ideo apostolus in
presenti epistola admonet nos ad virtutes
que sunt arma militum christi cum dicit
Induite vos armaturam dei etc. Unde
in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo
de armis spiritualibus. Secundo quare pol-
lente armatura sit ab hostibus spiritua-
libus scilicet demonibus. Tertio de ra-
pina demonum cum quibusdam questionibus
in uno quoque. Quantum ad primum sciendum
quod Quatuor virtutes cardinales
sunt arma nostra et muniunt nos. Ita
secundum apostolum Arma militie nostre non
sunt carnalia sed spiritualia ab aurora dei
Prudentia namque est contra mala presentia
a posteriori inficiat quia est de preteritis ma-
lis satisfaciendo. Ad deputatis temperantia
ne elevetur in prosperis. Ad sinistris
fortitudo ne deprimatur in adversis. I-
tem notandum Quarto quilibet homo in temp-
tationibus suis debet dei angelum in-
vocare sicut enim qui castitate sive vos
pidere abinitio deputatur infidelis
ne eundem deo castitate esse obsessum
et ab eo petebat firmissimum. Erat in

N

f f

hostes invisibiles obsident contra
per temptacionem stare debemus. Ubi
nostri interitum occasionem mittere et ob
perdicionem machinantur. Ipse vero non differt
a proposito quia potens est et voluntarius
est. Unde ait apostolus: Fidelis qui non
patietur nos temptari ultra. Augustinus: Dyabolus
plectere vult nocere et non potest quia po-
testas eius sub potestate dei nostri est.
1 Continuando ad primum dicit hic apostolus
ut possitis stare adversus insidias
dyaboli. Ubi notandum quod pollute ti-
mendum est ab hostibus nostris. Primo
1 quia multi sunt. Unde dicitur in psalmo 39
Multiplicati sunt super capillos ca-
pitis mei. Unde Bonaventura: Sicut atho-
mi in sole sicut sunt demones in aere.
2 Secundo quia sunt pleni veneno invidie cuius
causa est hec: Quia cognoscunt quod
viles homines quasi de terre formati
a deo ad hoc creati sunt ut subeant
loca eorum a quibus et ipsi ceciderunt
et possideant gloriam quam ipsi in se
perdiderunt. Propterea nobis vehementer
insidiantur et tendunt laqueos per
per quos temptant nos a perdita gloria
retardare. Tercio quia invisibiles sunt
3 cum nostra sunt spiritus. Ergo corporalibus
sensibus videri non possunt nisi ab alto
a deo permisse et dispensative per assump-
ta corpora videri permittuntur. Quarto quia
4 astuti sunt quos facit natura subtiles et
etiam longa experiencia malicie sue. Unde
Ysidorus de summo bono libro 1: Demones triplici
acumine experientie vigent scilicet subtili-
tate nature, experiencia temporum et revelatione superno-
rum spirituum. Ergo dyabolus nominatur mille
artifex. Unde dicitur in decretis: Dyabolus habet
mille nocendi modos 16 q 2 Visis.

Unde diligenter advertendum est quod
dyabolus primo temptat hominem astu-
cia et insidiis quam viribus. Genesis
3: Serpens erat callidior cunctis p
animantibus terre. Illam quos dyabolus
non potest superare per manifesta peccata
mortalia, quosque superat per astucias
per circumscriptionem. Sciendum quod dyabolus decipit
1 homines multipliciter. Primo suadendo
bonum propter malum finem ut ad hoc
instabili persuadet ingressum religi-
onis propter quod ut postea apos-
tata fiat. Vel etiam aliquibus vir-
ginibus ut votum castitatis emit-
tunt et postea infringunt contrahen-
do matrimonium. Unde de hoc extra de hiis
in decretis: puella nubere post votum
castitatis est dampnabile 27 q 1 Nup-
tiarum. Item aliquibus devotis perso-
nis suggerit abstinere contra naturam ie-
iunando vigilando corpus castigan-
do nimium orando etc. ut subito eos
et nimia debilitate inducat. Et
quosque eciam eas usque ad infirmitatem et
inutiles fiant sibi ipsis deo et pro-
ximis. Et per hunc modum quorum recreacio-
nes et exitus quosque dissolutiones
2 retraxit. Secundo temptat suadendo aliquod
malum sub specie boni ut homo querat
divitias ut sic possit elemosinas pau-
peribus dare. Contra illud dicit apostolus
Thimothei: Qui volunt divites fieri incidunt in
temptaciones et in laqueum dyaboli.
Et contra illud Ecclesiastici 31: Qui fuerit di-
ves non fuit inventus a delicto. Item
potestatem et prelaturam appetere ut
possit a malis proximos retrahere et
ad bona compellere. Sapiencie 6: Iudi-
cium durissimum hiis qui preesunt. Item
quibusdam suggerit mollicionem carnis sed

specie sustentande nature. Cuius sit
quod in epula plurima sequuntur vicia. Un-
de Ieronimus: Inter epulas vino sinatur pudici-
cia et interioris cure perditum ostendit
esse animi. Unde etiam applicatur. Sic similiter
carne viventes moriemini. // Tercio 3
dyabolus temptat dissuadendo bonum et
utile tamquam nocivum ut cum dissua-
det bono viro ingressum religionis
ne postmodum hoc velle desistat peni-
teat et quasi dolens confundatur ab
hominibus. Vel quod dissuadeat alicui
oracionem, elemosinam, ieiunium. Vel
etiam mane surgere, ecclesias frequentare
ut propterea incurrat vanam gloriam et
tandem [illegible]. // Et contrario ad 3.
3m dicit hic apostolus: Quia non est
nobis colluctacio adversus carnem
et sanguinem sed adversus principes et
potestates, adversus mundi rectores
harum tenebrarum, id est contra demones
qui propter superbiam de celo ceciderunt.
// Unde hic quidem quod lucifer ceci- 4.
dit // Ricardus: Cum lucifer 1o
videret se omnium angelorum ordines glo-
ria et decore excellere superbus
voluit deo equalis consistere. Et aliquem
statum quem ei deus dedisset voluit
deo auferre et aliis per tyrannidem
dominari. Ergo de celo propulsus
et in carcerem detrusus. Et sic qui
pulcherrimus ita postmodum factus est
deformissimus. Cum prius splendidissimus
postea tenebrosissimus. Cum prius omni
honore laudabilis, postea in omni dedeco-
re vituperabilis. // 2o quod numquam 4.
mansit in celo. Ricardus: Ille non 1o
plenam horam. Quia mox ut creatus
est cecidit. // Tercio quod alii prevarica- 1.
verunt. Ricardus: qui lucifero consenserunt 1o

placuit cum eis excellencia luciferi co-
gitantes quod ipse deo equalis ipsi
aliis preessent in potencia. Et ideo
precipitati sunt cum eo de celo in abyssum in-
ferni ubi nulla est redempcio. // Quar- 4
to quod cum demones possunt homines quo-
que ledere. // Ricardus super Thomam quod 1o
possunt cum deo permittente quadrupliciter
ledere homines: // primo in rebus ut patet
Iob. Cum dyabolus pecora et domum 1
abstulit et etiam pueros. // 2o in fama
ut patet in legenda beati Ieronimi ut 2
refert [illegible]. Quia dyabolus transformavit
se in formam sancti episcopi Silvani
nomine. Cum demum primo feminam no-
bilem nocte in lecto [illegible] cepit
ad lascivia verbis et deinde facto
sollicitavit ad malum. Cumque illa clama-
ret demon in specie episcopi sub se
lecto fecit absconditus ubi deprehensus
et inventus per inhonesta verba men-
titus est se esse episcopum Silvanum per
ipsum disparente dyabolo vir sanctus
diffamatus est. Cumque que infamia
tandem ad sepulcrum beati Ieronimi in
Betlehem faciente dyabolo in obsesso cor-
pore purgata est et fama restituta
est sancto Silvano presente dyabolo neque
non ipsa confitente sic infamasse illustrem
episcopum. // Tercio in corpore ut in Iob qui per- 3
cussus est ulcere pessimo ab ipso dyabolo.
// Quarto in usu racionis ut in obsessis 2
hominibus. // Quinto in vita ut patet Thobie
6 in septem viris Sare virginis a demone
occisis. Cum propter libidinem appetendo in
virgine Saram eius non erat [illegible] 4.
mortui sunt a demone occisi sunt. // Item quod 1o
quandoque facit illos strepitus qui quandoque au- 4
diuntur a demonibus ubi proiciuntur lapides

1o inquietentur impulsu homines. // Re-
fert Wilhelmus et Cesarius in 2a pa-
Quod ista prout frequenter fiant ope diabo-
li cum quis plus noceat hominibus per mo-
dum prudentie nisi in talibus subtilitate di-
vina prudentia voluntate. Aliquid etiam
fiant studio malignitate hominum qui do-
mos volunt evacuari hominibus vel lu-
cri temporalia sub tytulo fidei appare-
tur nature. Aliquid etiam fit prout quod cum
cupiditate hominum volentium vertere suos
proximos loco. Aliquando etiam dampnate non
prout talia fore quod ideo legitur eos
admissos. Augustinus autem quod sit in purga-
torio tales anime porcorum vilia et palumbe
rima opera facerent et ostenderent ut
et sic a vivis suffragia peterent.
Sic dicit Cesarius in 8o libro dyalogorum.
Exempla de quibus post. Unde non
est dubium quod demones ut frequenter
tales inquietudines faciunt. Unde legitur
In cronicis Martini. Et anno domini 85
5 In civitate Maguntina malig-
nus spiritus ad hostia domorum quasi malleis
pulsando manifeste et alios lapidi-
bus homines iactando domos plu-
T rimos incenderunt. // Secundo queritur utrum
opere demonum transformationes fiant prout
hominum in bestias prout in lupos et
4 1o huiusmodi. // Respondetur quod non. Unde de hoc predicte-
tur. Tamen possit fieri aliquid tamen quia
transformari in aliam speciem vel plurium,
dine nisi ab ipso creatore qui omnia fe-
cit et per quem omnia facta sunt procul
dubio infidelis est et pagano dete-
rior 26 q 5 Episcopi. Unde dicit sanctus Thomas
in 1a parte q 114 ar 4. Et aliquas trans-
mutationes que naturaliter fiunt prout ser-
pentes et rane et vermes per

putrefactionem generantur. Ista fiunt
naturaliter nullomodo secundum operationem
demonum per rei veritatem. Unde quod cuius-
quidam mutentur in corpus bestiole ad
quod corpus hominis demonstrat. Et
si fit videatur apparentia est et
non existentia. Unde Augustinus in libro de
civitate dei. Et demones faciunt
tales transformationes non realiter sed D
fallacie visum hominum decipiendo.
1 // Secundo queritur unde tamen provenit
quod quidam lupi tam crudeliter homines
1o comedunt. // Respondet Albertus in libro de ani-
malibus. Et hoc ex tribus causis procede-
re potest, primo propter famis augmentum
1 sicut etiam canis et alie bestie alios
2 homines invadunt tempore famis. // 2o
propter ferocitatem coitus sicut tempore
coitus et etiam quando habent catulos ut
dicitur in libro de animalibus. Et
magis feri sunt tunc quando habent ca-
3 tulos. // Tertio propter rabiem. Rabidi
efficiuntur quando sic fiunt rabidi.
4 // 4o propter operationem demonum ut sic
illudant hominibus simplicibus cre-
dentes falso homines in bestias pos-
se mutari. Sicut pagani olim crede-
bant. Unde refert Wilhelmus de quodam
viro qui se converti putabat in lu-
pum certis temporibus in antrum la-
titabat. Illuc enim certis temporibus in-
et ope demonum velud dormiens
iacuit et sibi videbatur quod lupus es-
set factus et se devoraret pueros de-
vorando. Et demum quidam lupum
possidens hoc fecit loco usque veri-
te. Et tandem sic demetatus est veri-
tas quod ipse inventus est in antro iace-
re plure captus mentaliter et nullos.

mutatus in lupum. Tunc ipsi cum certe
vel cognoverint factum demonis fu-
isse. Quinta causa propter experientiam hu- 5
manarum carnium que optime complexi-
onate sunt et per quas delectore sunt.
Unde sicut voluptas peccatorem tra-
hit ad voluptuosum cibum sic et
quadrare carnes a lupis aut in se-
pulchro aut post bellum hominum
vel aliorum gustare. Sexto propter 6
occultum vel manifestum dei iudicium.
Ecce lupi propter peccatum parentum vel pu-
erorum tales devoraverunt sicut legitur
esse factum 4 Re 2 de 42 pueris
qui deriserunt heliseum dicendo as-
cende calve ad nos venis et plus
egredientibus statim iugulati sunt.
Insignum quod iuniores non deum deride-
rent et annosos honorent. Item legitur
3 Reg 13 de leone qui prophetam ius-
si dei non implentem occidit. Quere
in historiis legitur. Tempore sancti
mameti apud viennensem demones in-
traverunt lupos propter peccatum hominum qui
lupi villas et civitates intraverunt
et homines publice devorabant.
Tunc letanie maiores que ante as-
censionem domini celebrantur et dum in-
venta sunt hoc deus comminatur pec-
catoribus Levitici 26 Si non feceritis
mandata mea inmittam in vos bes-
tias agri que consumant vos et peco-
ra vestra. Item deut. 32 Dentes
bestiarum inmittam in eos cum furore
trahentium super terram atque serpentium
quod deus ostendit effectu 4 Re
17. Cum leones inmisit qui devora-
bant ydolatras in terra samarie.
Octavo quidem videlicet demones sunt 8
qui nocturno tempore in caballis equorum
quorum stropas faciunt de crinibus ubi
gutte cere apparent et plures in stabu-
lis bestiarum fieri videntur. Refert Wil-
helmus Parisiensis quod homines ex astucia fece-
runt artificialiter. Nono quidem vero
demones localiter possunt transferre ali-
quem hominem de loco ad locum invitum.
Refert Wilhelmus predictus. Item sicut bonus angelus
tulit abacuk de iudea ad calde-
am per longum spacium terre. Quando male-
fici aliqui vel amore mulierum capti
dicunt se non posse continere quod opor-
teat eos incidere ad amasias quod
est in parte et in parte falsum. Nam si dei
gratiam vellent invocare et facere
quod in se est ut contererentur. Deum
certe deus eis illa peccata dimitteret
et gratiam infundendo robur resiste-
ndi demoni tribueret. Et sicut eos ad pec-
candum nemo potest cogere vel movere lo-
caliter. Sed per illa recurrunt non mirum
est sicut in potestate demonis positi eorum
dominus scilicet dyabolus ducit eos et
eos trahit ad libitum quo placet. Exem-
plum de navi in mari posito guber-
naculo quod advenienti libitum perimetur. De-
cimo quidem vero demonum opere sup-
ponuntur pueri fiunt. Sicut quod infan-
tes ponuntur qui non impinguantur sed sem-
per macri sunt. Refert Wilhelmus quod pa-
rentes infantes non orationibus et
signo sancte crucis muniunt. Tunc enim
demones iure infantem genere possunt de
translatione facere. Deo permittente
unde quod talia credenda sunt sicut. Opere
demonum in lectorum medina assi-
tur. Exemplum de sancto machardo quod
vidit dyabolum cum multis vasculis vel
bie quod abbas maccharius cum mandit
plus in illa solitudine inferius ante es-
set plenus multis sordibus ferro per viam

pertransiebat. Et vidit demonem venientem in figura hominis vestitum lintea lacinia perforata, et per singula foramina vasculum pendebat. Et dixit illi senex: Quo vadis maligne? Et respondit: Vado commonere fratres hos qui sunt inferius. Tunc senex: Et propter quid tot vascula tecum fers? Respondit: Gustum fero fratribus, et ideo tanta fero ut si unum non placuerit ostendam aliud; si autem et illud displicuerit porrigo aliud. Et sic non potest quin unum ex hiis placeat. Et hec dicens discessit. Permansit senex vigilans reditum eius usque quo rediret. Et cum vidisset eum, dixit ei: Salvus eris? Respondit ille: Quomodo michi istud verbum dicis, quia omnes michi contrarii facti sunt et nullus complexus meis argumentis. Et dixit senex: Ergo nullum habes amicum? Respondit: Unum habeo amicum, ille ipse michi consentit. Cumque nomen ab eo requireret, respondit: Theopompus dicitur. Discedente autem illo requisivit abbas cellam Theopompi et invenit eum confitentem omnes cogitationes pravas quibus a demone impugnabatur. Et ita discessit in propriam solitudinem. Et iterum via nequissimum vidit demonem redeuntem. Et requisivit ab eo quid fratres gererent. Et ille dixit: Male, quoniam omnes agrestes effecti sunt. Et quod deterius omnibus peius est, unum quem habui amicum obedientem michi et ipse nescio unde conversus est. Et iuro amplius asperiorem michi visus est. Et iuravi non ibi accedere nisi post multum tempus. Et hec dicens discessit.

Confidimus in domino Ihesu quod qui incepit in vobis opus bonum perficiet. Ad Philippenses i. Hanc epistolam scripsit sanctus Paulus Philippensibus qui bonum viam inchoaverant. Et hoc verbum illius epistole est contra quosdam qui de bonis inchoatis semper malum prophetant, quod perseverare non poterunt vel aliquid aliud. Sed ut apostolus fecit, ex omnibus confidebat quod deus qui bonum opus incepit perficiebat. Ergo dicit: Confidimus in domino. Unde in presenti sermone quinque sunt dicenda que habentur in verbo thematis: primo de confidentia et de unde habetur; secundo de caritate; tertio de peccato; quarto de scandalo; quinto de premio infinite. Circa primum ad presens sciendum quod propter confidentiam in domino quod perficiet bonum in nobis quod incepit, ipse enim operatur in nobis velle et perficere. Unde apocalypsis i. Ego sum alpha et o, id est principium et finis. Nam eius bonum initium vite et etiam perfectionis propositum nisi gratia eius preveniat nos et sequatur. Unde dicitur in psalmo: Misericordia eius preveniet me. Et iterum psalmo xxii: Misericordia domini subsequatur me omnibus diebus vite mee. Sequitur: hic usque in diem Ihesu Christi. Causa tua finiet dominus usque tempus iudicium nostrum in fine hominis. Ut dicitur in psalmo lxxiii: Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Unde hic queritur utrum modo corpus a principio vestrum habuit. Respondetur quod modo prevenit a peccato a deo et ecclesie. Causa si non possent consentire sed tota posteritate precaveri.

sunt de vita temporali ad vitam eternam quam deo placuisse. Unde augustinus Mors bonorum fecit quod quam dominus non permisset in immortalitate vigeret. Quia adam transgressus est divinum mandatum ideo ipse primo morti obligatur et per consequens tota posteritas sua. Unde apostolus In adam omnes moriuntur. || Est autem sciendum quod mors horribilis est propter quinque. || Primo quia generalis est et nemini parcit nec etiam propter nobilitatem. Eccl. x. Hodie rex et cras morietur. nec propter sapientiam. Eccl. 2. Moritur doctus pariter et indoctus. nec propter divitias. Luce 16. Mortuus est dives et sepultus est in inferno. Et math. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te. || Secundo est terribilis propter horribilem visionem demonum qui quotidie expectant separationem anime a corpore. Sicut enim secundum Bedam cuidam in cruce pendenti dyabolus affuit qui inquirebat ut videret si aliquid reprehensibile in eo inveniret. Non dubium quin in morte cuiuslibet hominis dyabolus presens est querens si aliquid iuris in eo habere possit. || Tercio horribilis est propter opera nostra denudanda. Tunc enim omnia nostra quecumque fecit sive bona sive mala et tunc ducet etiam peccata hominis ut dicit Bernhardus Tunc opera tua simul non te deserunt sed tecum ad iudicium pergunt. || Quarto horribilis est propter desolationem omnium membrorum. Oculi enim obtenebrantur in capite vene rumpuntur in corpore. Et ipsum corpus separatur in doloribus. Et anima separatur ab omnibus membris brevi. Unde Seneca. Non est in homine to-tum corpus sicut sunt in corpore suo. || Quinto horribilis est quia anima scit quod expellitur quod taliter ad corpus nunquam revertetur. Unde in ipso morbo possit dicere Iam iam est tempus seminandi et in futuro tempus metendi. O homo dispone te cotidie ad mortem. Quia secundum Ieronimum Stultum est in tali statu vivere in quo quis non audet mori. Unde Eccl. 41. O mors quam amara memoria tua et metuendum non peccantibus. Bernhardus. Nonnulla sunt prima

1 mors mundi gehenna et gladius. Prima horribilis

po. terribilius inductio. Secunda intollerabilius gehenna. Et quam commodius gloria. || Unde exemplum legitur in vitas patrum Quidam heremita oravit ut videret egressum anime de corpore. Et dum intraret civitatem vendere sportulas. Tunc venit hospes ad unam domum que querebat, quia

2 non quereret quod dictum est ei quod quidam dives hic morti appropinquaret. Unde et ipse intravit domum illam. Vidit ergo heremita demones circumstantes lectum infirmi ut corvi cadaver horrorem ei incutiendo. Et unus illorum librum in manu sua tenebat et legebat gesta divitis. Vidit etiam duos angelos stantes librum evolventes sed nichil invenientes tristes abierunt. Infirmus hec videns se-

3 cum illos vocantes dixit domine miserere. Et demum misit plurimum memoriam es dei tarde venitas. Et hec dicens animam eius rapientes cum gaudio demones ad inferos portaverunt. Hoc viso heremita cum fletu ibat ad eremum. Et

4 iacebat in civitate languidus quidam heremita solitarius defunctus et multa pietate merita ipsum sedit et cepit infirmus debilitari ita ut vix intelligeret. Cum heremita diceret hec vice hec pera domine. Et vidit celum super-

horribili mors. Ca

celesti

· Ca[illegible] horribilis [illegible] mors [illegible] horribilis mors [illegible] non misericordia
copia non [illegible] [illegible] mors [illegible] [illegible]
parit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in insidiis
ut [illegible] in sermone [illegible] Io. balaam Nu. 23. moriatur anima mea morte
iustorum. dispone domui tue quia morieris Ysa. 38. et 4 Re. 20.

cum apostolis et angelos cum magno
gaudio descendens. Et dixit micha-
hel: Veni sponsa Christi accipe coronam.
Et iterum: Ubi est dilectus meus spes
mea. Et ecce rex celi cum choro an-
gelorum et sanctorum venit et dixit:
Veni de libano sponsa veni coronabe-
ris. Et iterum congaudentes omnibus
membrorum mundiciam conservatam et cor-
pore quam accepit detulit in celum
C in choro virginum eam collocaverunt. Secun-
dum ad quod dicit hic apostolus: Hoc oro
ut caritas vestra magis ac magis
habundet. Ubi sciendum quod caritas
nostra habundare debet ad deum, ad proxi-
1 mum, ad nos ipsos. Primo ad deum ut
ipsum plus diligas quam omnia. Sic
apostolus paulus fecit qui dixit: Omnia
arbitratus sum ut stercora ut Christum
lucrifacerem. Sic omnes apostoli
fecerunt. Math. 19: Ecce nos relinqui-
2 mus omnia et secuti sumus te. 2° plus-
quam tuos. Unde in evangelio dicit Christus:
Qui diligit patrem vel matrem plusquam
3 me non est me dignus. Tertio ut
ipsum plus diligas quam te ipsum. Sic
omnes martires fecerunt qui animas suas
negaverunt, mori potius voluerunt.
Sic etiam quilibet nostrum animam suam
negaret, potius vitam perdere deberet.
Et ideo caritas nostra sic habundare
debet ad deum quia ipsius caritas sic ha-
bundavit ad nos. Unde dicit per [illegible]: Reliqui
domum meam in celo, dimisi hereditatem
meam, id est angelos qui sunt heredes ce-
li, et dedi dilectam animam, id est vitam, in ma-
D nibus inimicorum. Item ad proximum habun-
dare debet caritas etiam te ipsum [illegible]

Quando ut diligas proximum plusquam
res eius temporales. Apostolus: Non
quero que vestra sunt sed vos. Et hoc non fa-
ciunt qui optant mortem parentum et
consanguineorum ut possideant bona
2 ipsorum. 2° ut diligamus corpus proximi
plusquam res tuas. Hoc fit quando
non parcunt denariis et subveniendo
necessitati corporali proximi. Unde Eccl.
29: Perde pecuniam propter fratrem et
amicum tuum. Et hec plures pro-
pri et innumerabiles qui pauperi-
bus in necessitate non subveniunt.
Et plures non ostendunt se habere
caritatem Christi. Et per consequens non
statum salutis sue. Unde Ioh. 3: Qui
habuerit substantiam huius mundi et
viderit fratrem suum necesse habere et
clauserit viscera sua ab eo, quomodo
caritas dei manet in eo? Hora quod
Nullo modo. Et iterum non potest diligi
3 deus sine proximo. Tertio ut dili-
gas animam proximi plusquam corpus
tuum. Unde apostolus: Ego autem liben-
ter impendar pro animabus vestris. Sic E
bonitas habundare debet quoad
1 nos etiam ipsos. Primo ut dili-
gamus animas nostras plusquam om-
nes res temporales. Oppositum faciunt om-
nes avari nimis sunt res lucrantes et
possidentes. Unde Eccl. 10: Nichil
iniquius quam amare pecuniam. Hic
enim animam suam venalem habet. Unde
Aug. in sermone: Avarus antequam
aliquid lucretur seipsum perdit. Et
antequam aliquid capit capitur.
2 2° plusquam consanguineos carna-
les. Oppositum ostendunt qui propter

amorem consanguineorum aut filiorum suorum peccat mortaliter Tercio concupiscencia corporis Job 2 pellem pro pelle Et cuncta que habet homo dabit pro anima sua hoc enim non faciunt gulosi luxuriosi crapulosi qui plus diligunt corpus quam animam Unde apostolus Si secundum carnem vixeritis morte moriemini Circa 3

f

ad 4m dicit hic apostolus ut sitis sinceres i. sine fermento corruptionis peccati mortalis Unde hic queritur utrum unum peccatum sit causa alterius peccati Respondet Thomas in 1a 2e q. Ad 4

est secundum philosophum ex actibus causatur dispositio Unde ex uno peccato homo disponitur ad aliud sicut ex ebrietate ad luxuriam Et talis dispositio est causa peccati ex quo homo inclinatur ad peccatum quod prestat sibi materiam Ut avaricia prestat materiam litigiis per divicias invitatur ad superbiam Et secundum Augustinum divinis diviciarum superbia est Unde difficile est quod non est superbus qui dives est Unde preterea dispositionem et materiam peccati est causa peccati Et ergo unum peccatum est causa alterius peccati Secundum peccatum de sua natura est grave et semper tendit deorsum, et quanto quis peccatorum peccando plus descendit ~~tanto~~ magis eius inclinatio ad peccatum fortificatur Et semper vadit descendendo usque ad infimum Descendit enim peccator de mala cogitatione in delectationem de delectatione in consensum, de consensu in opus, de opere in consuetudinem de consuetudine in necessitatem de necessitate in desperationem Unde Ysidorus de summo bono libro 2. Cogitatio enim prava delectationem parit delectatio consensum Consensus actionem Actio consuetudinem Consuetudo necessitatem Quibus in hiis vinculis homo implicatur et quadam cathena viciorum astrictus tenetur Et sic infirmus desperatus de salute nullum liberum vitat Sic enim talis peccator nullum peccatum vitat Unde Hugo de sancto Victore Mali enim quandoque fiunt certatione prosequuntur Et iam dicte hominis Christus ille qui facit peccatum mortale efficitur servus peccati i. dyaboli Joh. 8 Qui facit peccatum servus est peccati Unde sanctus Thomas dicit Ille qui est in peccato mortali Et in eo perseverat eciam contra velle et liberum arbitrium oportet quod committat aliqua alia peccata licet non omnia Et causa est quia per peccatum quod habet ita perdit dominium et factus est servus peccati ita quod oportet quod faciat aliud peccatum Unde Crisostomus super Matheum Sicut navis fracto gubernaculo illuc ducitur quo ventus impellit Sic homo divine gracie et consilio destitutus non agit quod vult sed dyabolus Unde periculosum est peccare sed periculosissimum est in peccatis perseverare Unde Crisostomus in sermone humanum est peccare sed dyabolicum est in peccatis perseverare Unde et glosa Augustinus Quia in peccatis perseverare maius est gravior est casu Unde et ergo modo de peccati mandata facit scelere Quantum ad quintum dicit hic apostolus Et

G

sine offensa usque in diem Christi i. usque in finem vite Necessarium est homini ut sine offensione sit quantum ad proximum ut scilicet non scandalizet sicut Christianum in verbis nec factis. Unde apostolus: Sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclesie. Unde Math 18: Ve homini per quem scandalum venit. Est tamen sciendum hic quod aliqui perversi homines quibus etiam prime scandalum est de bonis verbis et factis. Unde porci dicunt turpe bonum exemplum. Unde Albertus magnus dicit: Cum Christus quem quia homines scandalizati sunt in Christo domino nostro qui tamen fuit sanctissime et perfectissime vite. 1 Primo quia in omnibus sapientia et in omnibus conversatione profundissima [illegible] per modum beati Luce 4: Nonne hic est fabri filius. Unde [illegible] fuerunt in eo dixerunt. || 2 2° quia perfecte linuit et mordaciter per divites et avari. Unde Luce 16: Cum dixisset parabolam villici iniquitatis dixit. Audiebant omnia hec pharisei qui erant avari et deridebant eum. || 3 Tertio vero quia scandalizabantur in Christo propter sue predicationis sublimitatem ut aliqui de turba. Tamen eum deserentes tribus indocte illud Joh. 6: Amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem. Oportet ante tenebre. Durus est hic sermo quis potest eum audire. || 4 Quarto propter infirmitatem passionis Christi quia in eo videbatur sunt scandalizati multi de populo. Insuper etiam ipsi apostoli. Math 26: Vos scandalum patiemini in me in ista nocte. || Quantum ad quartum pertinet dicit hic apostolus: Repleti fructu iustitie per Christum Iesum scilicet nunc gratiam demum predixit. || Ubi sciendum cum diligat iustitiam et esse iustum est multum utile. 1 Primo in hoc quod qui diligit iustitiam diligitur a deo. Unde psalmo: Dominus scilicet iustitiam diligit a domino. Unde in psalmo: Iustus dominus et iustitias dilexit. Unde etiam actuum 10: In omni gente qui timet deum et operatur iustitiam acceptus est illi. Secundo quia pro qualibet bonitate dat dominus iusto suam benedictionem. Unde dicitur in psalmo: Dominus in benedictionibus iusto. Proverbia 10: Benedictio domini super caput iusti. Nec mirandum quia deus bonitate et quod iustitia hominem diligit quantum invertendo filium. Joh 2: Omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est. Econtra odit iniustitiam deus omnipotens. Proverbia 22: Sed ipse pene iniustus est sic etiam pene odit iniustitiam. || Unde hic quidem: Ut iniustitiam faciat se peccatum mortale. Thomas secunda secunde q 66. Tamen iniustitia consistit in nocumento alicui manifestum est quod contrariatur caritati. Et sic ex suo genere est peccatum mortale. Ille autem qui in primis facit iniustitiam [illegible] deposuerit non est ordine contra voluntatem eius qui hoc patitur, puta si aliquis auferret alicui unum pomum vel aliquid tale de quo probabile sit quod ille non laedatur nec etiam displiceat, sic non est peccatum aut non veniale. || 2 2° quia deus per iustitiam et per bonis operibus in morte hominem protegit et liberat a morbis. Unde dicitur in psalmo 36: Salus autem iustorum a domino et po tectore eorum Vnde etiam prouerbiorum xi Justus de angustia liberatus est plus valet in morte hominum vna iusticia quam omnes anni illud a demonibus liberare nequeunt Sap. iii° Et prouerbiorum xi Justicia iustorum liberabit eos Justicia iusti liberat hominem a morte eterna prouerbiorum xi Justicia liberabit a morte Vnde est Sap. 3 Justorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie Quarto iusticia dat vitam eternam Sap. 5 Justi autem in perpetuum viuent et apud dominum est merces eorum Item coronam eternam Vnde apostolus Reposita est mihi corona iusticie Item gaudia eterna Vnde dicitur in psalmo 67 Justi epulentur et exultent in conspectu dei Item voltum dei Vnde in psalmo 139 Recti cum vultu tuo Item in psalmo 16 Ego autem in iusticia tua apparebo in conspectu tuo Scilicet in laudem et gloriam dei scilicet ut digne possint deum laudare et glorificare in celesti patria Nam officium omnium beatorum in celo est laudare deum ut dicitur in psalmo 83 Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te Versatur autem hec laus sanctorum propter tria Primum est quod debitum mortis soluerunt quia omnes moriuntur propter peccatum primorum parentum Nec ulterius mori poterunt Secundo etiam quia insidias demonum sine polluto calle transierunt Vnde cottidie dicunt illud quod habetur in psalmo 123 Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum Anima nostra Secundum est quia potestatem inferni euaserunt et illam grauem deus pluribus hominibus iam dampnatis etiam ferit Vt dicitur Eccl. 51 Liberasti me de altitudine ventris inferi Vnde Ysaie 24 Precipitabit dominus mortem in perpetuum Tercium quia in loco plenitudinis gaudii intrauerunt Mt 24 Intra in gaudium domini tui Et ibidem Regem in decore suo videbunt Ysaie 33 Videbis formam eius in nubilo Et hoc gaudium non poterunt amittere nec quisquam ab eis auferre Vnde Joh. 16 Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis

Imitatores mei estote et obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram Philippenses 3 Nos videmus ad oculum quod qui vult ambulare per aliquam viam sibi non notam libenter sequitur illum cui via nota est Sic beatus paulus ad 3m celum raptus et via veritatis illustratus hortatur nos in verbis propositis ut vias ab ipso nobis traditas ambulemus cum dicit Imitatores mei estote Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola Primo de duabus viis in celum de procrastinatione penitencie Secundo de gulosis quorum deus venter est Tercio quod conuersacio nostra debet esse in celis et quod corpus cum hiis electi configurabitur corpori claritatis Christi Quantum ad primum sciendum quod due sunt vie ad celum vna est via Innocencie alia via penitencie In prima via ambulant qui Innocenciam baptismalem habent et illis speculum est et apud Christum est Insignum huius celi aperte sunt super Christum quando a Johanne baptizatus est in iordane Et quicumque a prima via recessit oportet quod recedat per aliam viam scilicet per viam penitencie ad deum Et ista via penitencie est bene probata quia a pluribus regnantibus iam in celo est ostensa quod est via salubrior ipsis peccatoribus quia deduxit eos ad eternam requiem. Unde Eccl. / Cum lugentibus ambula. Et hec via tres habet dietas scilicet cordis contricionem oris confessionem et operis satisfactionem. Unde qui in hac via vadit nec vult proficere non debet protrahere facere penitenciam sicut heri multi faciunt qui semper proponunt facere penitenciam et interim venit mors que precipit eis penitencie viam et insuper diem et viam salutis eterne. Nam procrastinatio penitencie multos dampnificavit. Est enim procrastinatio laqueus dyaboli quo dyabolus omnes includit et capit diversos homines et diversi status tam clericos quam laycos tam iuvenes quam senes tam viros quam mulieres. Unde Eccl. 29 Repromissio nequissima multos perdidit. Unde etiam Augustinus de verbo domini sermone 16 Ista est vox que multos occidit cum dicunt cras cras. Et sic vero hostium clauditur remanentibus foris cum voce corvina quia non habent gemitum columbinum. Si demones haberent arte non invenissent penitenti in ecclesia dampnarentur. Ita omnes homines qui habent voluntatem penitendi et vitam suam emendandi. Et quia hoc demones sciunt. Ideo hunc laqueum dilacionis emendacionis invenerunt. Hic laqueus spoliat celum et replet infernum. Spoliat enim celum quia impedit quod multi illuc non veniunt qui illuc bene venirent si dilacionem melioris vite timerent et statim peniterent. Unde Augustinus. Cras differs vocante te deo de incerto mortis die. Vide ne forte quod ille tibi datum est promittendo in crastinum aufferet tibi differendo. Item hic laqueus replet

infernum quia pauci salvantur ex hiis qui differunt penitenciam usque in finem vite sue. Unde Albertus. Rare est quod aliquis ex amore in fine vite sue penitebit vel Augustinus. Legi et perlegi sacram scripturam et non inveni quemquam nisi latronem salvatum in fine nisi solum latronem. Eusebius scribit in morte beati Ieronimi. Ex quorum ipsius anni vixit ex tricginta milia hominum vix unus vel penitebit tempore mortis sue qui penitenciam distulerunt in fine. Unde hic queritur utrum deus plus diligat penitentem quam innocentem. Respondetur Thomas 3° sentenciarum dist. 12. Quod quantum ad bonum premii essentialis equaliter diligit penitentem et innocentem secundum equalem caritatem. Sed vel illum magis qui maiorem habet caritatem. Sed quantum ad premium accidentale plus diligit innocentem propter dignitatem innocencie ad quam veniri non potest per penitenciam licet possit fieri maior vel equalis in celo innocenti quantum ad premium essentiale. Unde dicit glosa super illud Amos 9 Virgo Israel. Rendit glosa. Non negat ut resurgat sed ut virgo resurgere possit quia semel ab errans est. Si sponte sua querere pastorem. Non tamen tota gloriam quantam si nunquam aberrasset. Virgo ante post lapsum gloriam non habebit nec pristine resurgere gaudium de innocencia continuata. Ergo plus diligit innocentem quantum ad hoc quam penitentem. Secundo hic queritur utrum

teneatur plus ad graciarum actiones
deo reddendas innocens quam peni-
tens // secundum thomam 2ª 2ᵉ q 106. Et
in aliquo tamen tenetur innocens
plus in aliquo vero penitens plus
hoc sic probatur ubi est maius gratuitum
ex parte dantis ibi requiritur maior gra-
ciarum actio ex parte recipientis. Maius
ex parte dantis scilicet ipsius dei qui
est datum gracie duplicatum per se
maius gratuitum, Innocenti ex parte danti
Et hoc modo innocens tenetur ad
maiores graciarum actiones quia ma-
ius ei donum datur a deo et ma-
gis continuatum scilicet donum innocencie
quod non perdidit. Alio modo penitenti
maius gratuitum quia magis datur. Sicut
et sic hoc tenetur magis ad gra-
ciarum actiones penitens quam inno-
cens quia magis confert deus illud
donum quod ei datur a deo. Cum
enim dignus esset pena datur ei
gracia. Et sic licet illud donum quod
datur innocenti absolute consi-
deratum sit maius tamen donum quod
datur penitenti est maius in com-
paracione ad ipsum quia dignus est
// Secundarium ad 2m dicit quod apostolus
Quorum deus venter est. Glossa
quod gulosi faciunt pro ventre faci-
unt et ipsum tamquam deum colunt. Ad
cuius evidenciam est notandum. Et quod
sic celebracio alicuius festi ita con-
sueverunt fieri. // Primo quod dies ip-
sius celebratur non honeste gulo-
si plus faciunt deo suo quem colunt
quia non solum festinant deo suo unum
diem sicut fit sancto stephano vel
sancto laurencio Sed ipsum quasi singu-
lis diebus colunt non solum festivalibus
diebus sed eciam festivis diebus re-
plendo se et inebriando. Et diminuunt
ecclesias et intrant tabernas. Et festa
frangunt contra illud domini ubi dicit quod ag-
plus frangunt preceptum de sanctificaci-
one sabbati qui in die dominico vel alio
festivo inebriati peccant hoc pro quia in
necessitate magis posset dispensari
in laborando. Sed non in ridendo
bibendo inebriando ludendo et
ceteris // 2° solent sancti templa con-
strui altaria erigi et ministri ad se-
viendum ordinari clericos et ceteros. Sic
gulosi faciunt deo suo. Unde hugo de
sancto victore libro 2° de claustro anime. Sicut so-
lent deus templa construi altaria erigi
sic templum gule est coquina
altare mensa ministri coci ymmolate
pecudes cocte carnes fumus incenso-
rum odor saporum. Unde etc. Ysidorus de summo bono
Cum abstinencia non est epularum crede-
tes divites attendant supplicium cui tan-
tum in inferno ubi ignes erunt modo cot-
idie splendide epulabatur suadet copia. 3°
solet vita et miracula alicuius sancti
predicari ubi sanctus. Et alii sancti con-
ferunt illuminacionem cecos. Sanant clau-
dos suscitant mortuos. Sed deus gulosorum
illuminatos facit cecos. Sanos inebri-
atos vinum perdiderunt oculos. Et mun-
dant plures talium oculorum. Item
expeditos in pedibus facit claudos
